Probatur 2. ad a deo cognitis naturalibus rebus multarum praesentium uero notitiam St in natura est scili ... ergo cum optima Scriptura non detrahitur in earum cognitione rebus ut sciebitur p. uia praedicere.

3° probatur magni Synesij Consilio qui ait esse considerandas duos libellos quorum in una acta diurna extraordinaria uel ipsa inscribantur in altero insomnia nocturna nam uerbis scribitur succedente tempore notabitur nihil omnino extraordinarium umbra accidisse de quo non fuerimus praemoniti

Probatur 4° quando uero repletio sanguinea aut rerum aliarum mala in situatione corporis et repletionem aut inanitionem rebus uiso ut si aliqua mutatio accidat in corpore affectibus esto denunciat futura p.

proponere

promouet in Hypp.° domi proposita ostenditur.

Verbi 5° falsa experientia certa. Si autem nobis in pro-
insomnia fingunt ex quibus interdiu nihil cogitabi-
prosperitatis sit bona sunt ea quae interdiu facta, dicta
consulta sanitatem certo portendunt, propterea quod
anima nec repletione nec inanitione nec ulla alia re
perturbatur sed in diurnis cogitationibus perseuerat. Si
vero insomnia contraria sunt diurnis actionibus per-
turbationem quandam in corpore futuram denunciant.
6a Experientia tum Cardani tum Bal. tum aliorum qui
ea futura per insomnia praedixerunt.

Obijcitur insomnia saepe fallere: fateor et dicam
quae et quomodo fallant non tamen ideo usum contemnendum
autem rationem quod aliquando non fallant ergo nec in-
somnia ideo damnanda sunt quod saepe fallant.

Obijcitur etiam insomnia tam perspicua quam bonis
tam doctis quam indoctis accidunt indignum ergo vide-
tur in aliquid ex illis coniici animum: sed nec ideo
sol aut aqua contemnenda quae [illegible] communia sunt omnibus
ita alio usu insomnia bonis alio malis accidunt.

De insomnijs quae sunt de Coelo, Sole Luna & Astris

Nihil est pro similitudine magni parui[que] mundi
insomnia interpretanda coelum a prosperitatis cum capite
[illegible] communi liceat et cum cetero communicat in rationibus
experientia per auctoritatem maximorum virorum confirmata
[illegible] eligant autores caelum quem astra sunt in
exteriore coelo itaque idem exteriori experientia habitui
[illegible] caui, cuti, et quem luna sit in infimo et interiora
coelo

coelo est ita idem in microcosmo corporibus p[er] cavitatib[us]
in cerebro, ventriculo, vesica & quoniam Sol medium ob-
tinet inter astra p[er] lunam locum ita medijs partibus
inter cavitates sua et cutem p[er] eandem idem. Sic
posita ex Hipp.o traditio dela h. sunt observanda.
1° Si Sol, luna aut stellae ordinario mundi motu
in somno videantur sanitatem significant prae victus
quam institui observanda est. Si vero contrario
motu ferri p[er] impura et tenebricosa videantur non
bonum corporis signum
2° Si astra evanescere aut occultari videantur ob
aerem aut nubes, signum levioris morbi: si vero
ab aqua aut grandine occultari aut evanescere
videantur signum majoris morbi et indicio
sunt aliquam esse secretionem humidam p[er] pituitosam
in extremis corporis sublimis vel partib[us] extremae.
Si vero hoc videatur lunae accidere in simili modo
observetur de cavitatibus corporis morbum indicat
Si vero Soli hoc videatur accidere difficiliorem
signat morbum.
3° Si sereno coelo aliquod simile evanescere
astrum signat morbum p[er] siccitatem
4° Si ignea adveniunt et astra occulta signat
morbum ex bile.
5° Si astra disparent subito praesertim si aegro
tanti signat imminens ex morbo mortis periculum.
6° Si videantur super astra praesertim cum aliqui
videretur ea persequi insaniae periculum est.
7° Si astra nulla apparente causa aut necessitate
videantur

videantur sursum illud obscurato aere perturbationes et sollicitudines signant.

8° Si astra aliqua ex suo coelo paulatim excidere videantur et splendida ac pura fieri ad aurorem (?) progredi ad sanitatem signat: nam quae ex vestro (?) coelo discernuntur et in eundem rejiciuntur de via suo ambitu excidunt

9° Si aliquod astrum nigrum obscurum et a dexi (?) debilem fieri videatur et ad occidentem (?) si hastum (?) ferri videatur signat capitis aliquam defluxionem: si a videatur in mare ferri signat morbos visitare (?): si a in terram decidere signat turbulenta in caverna (?)

10 Si aliquod astrum purum et serenum coelo insidere videatur signat sanitatem: quum ex aethere in corpus venit: tale vero quale intellectum est aura advenit.

11° quod nigrum, impurum, immundum perspicuum fuerit morbum signat ideo quod aliquid ex turbulento in corpore advenit.

12 Si quod altum coelo venit plumia (?) complures (?) videretur bonum esse signat divinum spiritum ex aere intellectum: si vero contrarium (?) amplius videatur impura aqua et cum magna tempestate morbum aliquem a spiritu inducendum signat

Insomnia de Terra

Terra plana bene culta in ea arbores pullulantes fructibus onustae sanitatem signant.

terra

terra aridam aspera cavundem impuram. Arborum steri-
rilitate seminis corruptionem. Si ab arboribus frondes
cadant noxam in corpore ab humido et frigido
significat. Si vero frondosae arbores sint tamen fructu
a calidiore et sicca significatur noxa futura.
Terra autem domus si sano videatur movendi malum
est si aegro moveri videatur bonum est.
Terra si inundari videatur morbum ob nimium
humorem significat.
Terra rufa, nigra aut combusta vehementiores et peri-
culosum morbum denotat.

Insomnia de Aqua

Flumina, fontes etc. si more solito labantur et
aquae sint purae nec exundent nec deficiant significant
bonum corporis statum et ciborum ingestionem.
Flumina justo majora exuberantiam sanguinis
justo minora defectum ejusdem sanguinis.
Fontes et putei significant flatum circa vesicam
Mare perturbatum significat ventris morbum.
In aqua natare non bonum est sano quia morbum
ab humore futurum denotat: sed aegro talia videre
significat sanitatem quia calorem nimium ab humore extingui
signum est.
Fluminum transitus cum hostibus significat hostes
armari.

Insomnia de Motibus hominis

Hic notandum est frequentiora esse insomnia hominibus
loquacibus vel nimium et morem habentibus de
familiaribus

familiaribus & rebus Rusticis.
Item non mirum est quod motus quosdam corporis in somno sentiamus quos vigilantes non sentiremus ut cum parvum humorem stillare interdum non videmur ob majorem tollis humoris, ita qui vigilantibus magni sunt motus non sentiuntur nisi valde sed corpore quieto & dormiente minimi etiam motus sentiuntur & magni esse videntur.
hinc si aliquis sonus accidat putamus nos audire fulmina si aliquis calor extraordinarius accidat fulmina & fulgura apparent. Si pituitae dulcis aliquis sit fluxus suavitatem mellis nos gustare arbitramur
Acuta videre & audire firmiter, item facere sana ac sine metu curare bonum est.
Si visus aut auditus laedi videatur capitis noxam signat
Si non firmiter incedamus crura laedi denotat

Insomnia de Mortuis

Mortuos nitidos, candidatos videre bonum est sicut & aliquid sumere ab ipsis mundum eorum enim quae ingrediuntur salubritatem signat a mortuis alimenta, incrementa & semina proveniunt.
Quod si quis viderit, atratos, sordidos aut aliquid accipientes aut aedibus exportantes videre non bonum est nam signat ea quae in corpus ingrediuntur noxia esse

Si

Si mortui monstrosi appareant cum alia corpora deformi figura aut si non habeant signum corporis ciborum nimium solitorum dolorem et morbum.

Nos autem mirum est earum semper credere quo-pinia est propria et minimi momenti. Sed tamen non-nunquam si vellemus causam promittere Hipp.[ti] toto-nitae sua sanitatis si med.[ta] ab ipso praescripta uti liceret.

Insomnia de Deo

Quicumque aliquid a Deo aut viro accipere in-somniat bonum est propterea quod nihil impurum a coelestibus est.

Quicumque somniatur de rebus publicis aut locis valde distantibus aut de quibus numquam ali-quid accepit insomnia sunt vel a Deo vel ab Ange-lis vel a daemonibus ea sunt ut Synesius probat per alios qui per somnium poetae sunt facti aut sapientes.

Insomnia de rebus ordinariis

Qui volantes aves, aut dentes, oculos aut capillos ungues, aliasque partes cadere somniat indicium est aut morbi aut mortis aut periculi amicorum aut consanguineorum

Qui extra anni tempora debitum de fructibus somniat is qui rarum de via somniavit aliquid extraordinarium portendit

Qui videt per calceamenta alba summae sani-tatis indicium.

qui

Cui vero nigra aut solito majora aut minora som-
niat malum est
Si quis solitos cibos edere aut potum sumere soli-
tum somniat, signum alicuius inopiam, ac abstinentiae
debilitatem
Si quis ea quae consuevit videre videtur signum
magnum ac [illegible] signat.
Aquam puram si quis somniet se bibere bonum est.
reliqua vero omnia nocere inquit Hipp.
Si aliquis quaedam [illegible] fugit sanguinis
suppressionem pro siccitate denotat
Si quis pugnare, pungi aut ab aliis vinciri som-
niat aliquid in corporis partibus [illegible] noxium
denotat
Errare, ascendere, vagari, descendere grave aliquid
denotat.
Armatos hostes, monstra, deformia sequentia visa per
somnium morbum aut furorem significant.

Insomnia pro temperamentis noscendis

Videre odores, flores in hortis, sylvas [illegible]
signat [illegible] praesentiam sanguinis.
Si quis volare, canere, saltare videtur [illegible]
abundantiam sanguinis denotat
Si quis sordibus aut coeno aut luto volui pu-
tridos denotat humores
Cui ignes, pugnas [illegible] biliosos humores.
Cui flumina aquae, pituitam denotat
Cadavera, sepulchra, [illegible] denotant melan-
cho-

Hic notandum est sobrijs maxime plura et veriora accidere somnia et potius sub auroram vel diei ortum et digestione iam facta quam sub primum somnum praesertim vero quod mane experientia si lotis sine manibus et capite et quod epistola dicitur si non in occiput recumbamus alias dum molestia somnia fiunt et si a flatulentia abstineamus cibis ut capitis, fabis, pisis castaneis, allijs etc.

Auctores quidam Classici in Superiores Artes

Pro Physiognomia et Chyromantia

Hipp. et Gal. Avicenna. Albertus magnus in historia animalium in eadem historia Iulius Scaliger et Aristoteles in eadem et libello proprio de Physiognomia et 2° priorum analyticorum libro et recentiores meliores Cocles de Imagine, Cordanus Timpledius, Baptista Porta. et de signatura rerum Paracelsus, Crollius, Andreas etc.

In artem memoriae et Lulianam

Arles de memoria et Univ[ersalitate?] ultimo topicorum Cicero ad Herennium Quintilianus Rhetores Latini et inter novos quamplurimi ingeniorum Capiunt

De asino Cellenico scribit Jordanus Brunus,
De sigillis praestantius Agrippa et Valderija.

De Diuinatione per insomnia

Hippocrates, Galenus, et Aristoteles libellos pro-
prios, Cardanus, Scaliger, Medici passim
et libri duo iudiciarij Artemidori et Amiciti.

Tractatus Conr. Ditanni Viri doctissimi Jacobi
Cornelius Trig anno 1620 in schola Leyerda.

p. 388

Delectus et Temperamentum Medicamentorum specium & tam simplicium quam compositorum vis et Dosis

* *
*

Tanta est specierum et [illegible] varietas ut certa
et definita cujusque medicamenti dosis praescribi non possit,
iccirco comparatione facta ad vires triplicem assigna
bimus dosim, parvam, quae debilioribus, maximam
quae robustioribus et mediam, quae mediis quodam mo
do se habentibus tuto imperari possit: quare medicamenta in
blanda, mediocriter et vehementer purgantia est
dividendum. ac primum

De Medicamentis Blandè purgantibus Sectio prima

De Manna caput primum

Manna ~~[illegible]~~ quod mel aereum dicunt calidum ~~est~~ ordine i
est ros caelestis noctu cadens super plantas et la
pides, qui aeris frigore in grana minuta densatur.
Mannae duae sunt species siccum et liquidum.
Manna eligendum est recens, granulosum, purum, dulce, can
didum et lucidum et quod collectum sit super plantas
hoc saluberrimum, non super lapides quae sabore suo
munditatem [illegible]./

[illegible]

pueribus datur a ℥j ad ℥iij. Volunt. ab ℥iß ad ℥ij.

Manna Granum est mica tenuis concussa dissa, quam pollicis tenuis affellam.

De Cassia caput Secundum

Cassia fistula calida humidaque ordine 1° fructus est siliquosus arboris aegyptiae, iuglandis magnitudine, folijs mali persicae floribusque luteis constans.

Eligenda est recens, fistula insigni, plena, gravis, cortice tenuj, foris rubescens, in pulpa pinguis, splendens praedulcis, e qua concussa clausus intus granis non strepitus quae ex Alexandria delata est.

Datur infantibus a ℥iß ad ℥ij Volunt ab ℥j ad ℥iß infus. ab ℥iß ad ℥ij. fiunt l. b. c. q.

mastiche, spica et anisio corrigitur.

De Tamarindis caput Tertium

Tamarindi sunt fructus acidi, cujusdam arboris indicae fraxini magnitudine, qui dactyli acetosi dicuntur.

Eligendi sunt recentes, subnigri, splendentes, pingues, molles, e villis seu quibusdam radiculis intexti, dulcoacidi parum coquendi.

dantur ab ℥j ad ℥iß in inf. ab ℥iß ad ℥ij

Corriguntur, macis, spica, mastiche.

De Rosis Caput Quartum

Rosarum tria sunt genera alba, rubra et pallida. quo absolute ponitur in medicinis astringentibus et perfectae rubrae et recentia elligendum est.

Succus rosarum pallidarum. calidus siccusque est ordine 1°

amaro

amarum detergens et obstructis impeditur, saccharo pro mixtum syrupi ... cujus dosis est ab ℥i ß ad ℥iij ...

De Med^tis^ bilem mediocriter purgantib^us^

Sectio Secunda

De Rhabarbaro caput primum

Rhabarbarum calidum siccum in 2° gradu ~~radix et planta~~ sic dictum est quod sit provincia barbara. Est q. radix plantae indicae folia habentis magna et pilosa cujus tria sunt genera indicum, barbarum et turcicum. indicum est eligendum recens in substantia grave, amarum et stypticum, forius subnigrum, et intus in rubedinem et confractum ex russo et flavo alternante, croci modo tingens, odore gratum.

Autumno colligendum est quod eo tempore tota virtus ad radicem confugiat. Sero lactis infusum ejus corrigitur acrimonia ab eo si quaeritur astrictionis impressio forti indiget coctione si vero solutio sola infusio sufficit, ut viscera astringendo roboret, ut Urinas cieat multa eget tritura.

Ven. ejus purgatrix intenditur adjecta 4^a^ parte ciceris aut santal. citrin.

dosis in substantia a ʒ1 ad ʒ1 ß. infus. a ʒij ad ʒiiij

~~... ... ...~~

De Aloë caput Secundum

Aloë calida sub finem 1 gradus sicca in 3°. succus est plantae indicae eandem nominatae appellatam, foliis pinguibus et crassis constans et floribus albis.

Aloës tria sunt genera succotrina, hepatica, caballina.

Eligenda est succotrina, pinguior pura, hepatis modo concta, levis et friabilis, dulcis et aliquatenus amara, flammea et lucida in rubrum inclinans et boni odoris, sed sui corrigitur lotione.

vim

Vin quae purgatricibus stimulum ciacum, nex moscata, macia, spica, caryophyl. Ejus acrimoniam retundunt tragacanthas mastiche.
Dosis a ʒ iß ad ʒ iij. Schr. l. 6. c. 9.

De Myrobalanis caput Tertium

Myrobalani sunt fructus e diversis arborum generibus in India nascuntur.
Myrobalanorum 5 sunt species citrina, capula, bellirica, emblica, nigra seu inda.
Eligenda sunt in substantia grandes, magna densa, cortice spisso, gommosa, cum osse exiguo, stiptica a dulci.
Citrina eligenda sunt in colore flavo declinantes ad viriditatem et eaque bilem purgant.
Capula subnigra sunt vergentes ad ruborem et eaque pituitam evacuant.
Bellirica et emblica eundem fere facultatem ac capula.
Inda in colore nigra sunt, et cavam ossibus purgantes indorum s. atram bilem.
Corriguntur absynthio et spica, infusione lactis dulcis vel oleo amygdalino aut violato imbutae et confricatae.
Dosis earum est in substantia a ʒ iiij a ʒ iß in infus. a ʒ iij ad ℥ ß. Schr. l. 6. c. 8.

De R. Sapontico caput Quartum

R. Saponticum calidum et siccum
Radix est nigra foris, centaurio magno intus similis, sed rufior, sic dicta a Rha quodam flumine in Ponto, juxta quod nascitur.
Eligenda est radix fungosa, laxa, levia, gustu amara

astringentia./

De Medicamentis bilem vehementer purgantibus Sectio 3a

De Scammonio Caput primum

Scammonium calidum siccumque ordine 3° Lacteus est succus effluens e radicibus potissimum volubilis scarificatae, quae sunt folia ad modum sagittae alatae

Scammonij tres sunt species Antiochenum, armenicum et corasinicum./

Antiochenum est eligendum in subdita leve, rarum, tenerum, friabile, acre et subamarum, colore vario seu subalbido glutinisque taurini modo perlucidum, odore non ingrato et quod aquae contactu lactescit.

Scammonium correctum diacrydium dicitur. Sic autem corrigitur. Scammonium lavatur seu concutitur in aqua rosarum in qua prius incoquuntur cortices myrobalani citrini, spica et ciperum. in hac horis 24 maceratum tandem siccatur, deinde diluitur excipiturque oleo amygdalarum dulcium cum pauca tragacantha ac denuum coquitur in cotoneo malo cavo expurgato ac massa diligenter oblito.

Quibus convenit diacrydium datur a gr. vj ad xij. inf. ad ℈j

De Med.tis blande, mediocriter et vehementer bilem purgantibus sect. 4

De ijs in particulari caput primum.

Ex

Ex predictis simplicibus medicamentis parantur syrupi et electuaria blanda, mediocriter et vehementer bilem purgantia

Bilem blande purgant Syrupus ros. pallid. daturque ab ℥ij ad ℥iij.

Diaprunum simplex datur ab ℥i ad ℥iß cum syr. ros. pallidarum./

Pilulae de Eupatorio quarum dosis est ʒi.

Bilem mediocriter purgant syrup. de cichoreo compositus cum quadruplo Rhabarbaro, cujus dosis est ab ℥iß ad ℥ij.

Electuarium lenitivum datur ab ℥i ad ʒx ex syr. Viol. infund. a ʒx ad ℥iß vel ʒxiiij

Serva simplex datur ab ℥ß ad ʒvj sub boli vel e vino albo diluto aut hydromelite dissoluta./

pilulae assajeret et pilulae ex tribus quarum dosis est ʒi.

Bilem vehementer purgant diaprun. solut. diacydonion et electuarium e succo ros. quae sub cortice dispensari solent dantur, dantur sub boli ad ℥ß. vel potius ex elect. ros. concinnantur tabellae ponderis ℥ß pro dosi./

pilulae e fumaria, pilulae cocciae doses a ʒij ad ʒi.

De Medicamentis bilem atram blande purgantibus

Sectio Quinta

De fumaria Caput primum.

fumaria calida est ordine 1° sicca 2° acria, amara et ventre obligatur. datur infusa ex sero lactis ad ℥ß vel ℥ij.

De Thymo et epithymo caput 2dum

Thymum

Thymus ꝑ epithymum utrumque calidum siccumque ordine 3° datur.
Datur in substantia ad ʒij infunditur ad ℥4 in sero lactis, aq. plantag. aut ptisana

De Cassutha s. Cuscuta caput Tertium

Cassutha ordine 1° calida sicca 2° herba est s. potius capillamentum plantis fere omnibus adnascens sed lino praecipue unde podagra lini dr.
Eligenda recens, rusti coloris, carens foliis ꝑ ra dicibus flore castanea albo et tenui. sapore ar mara et astringente./

De Med^tis bilem atram mediocriter Purgantibus Sectio Sexta.

De Senna Caput Primum

Senna calida sicca initio gradus 2i duplex est orien talis ꝑ occidentalis./
Eligatur orientalis recens, completa, compressa semine refecta, color ex viridi nigricante, modice amara, boni odoris, mediocriter subtilis corticis
Corrigitur iure galli antiqui, passul. uvar. pass. aut jujub. seminum anisi aut foenic. aut 4a parte zinzib. datur.
Dantur eius folia in substantia ad ʒj. infund. ab ℥4 ad ʒ6. coquitur a ʒ vj ad ℥1

De Myrobalanis indis caput 2dum

De iis dictum est c. 3. s. 2a dantur ex sero lactis ptisana, aqua fumariae aut ex alio aliquo convenienti./

De Med[tis] bilem atram vehementer purgantibus Sectio sept[a]

De Lapide Lazuli caput primum

Lapis lazuli calidus et siccus ordine 3°. dicitur graece κυανος λιθος. arabice. Hagiar azul. unde nomen azuli azuri aut lazuli. Lapis est qui in aerarijs et argentarijs fodinis reperitur./
Eligendus quod est qui sapphiri colore est aut florum cyani, aureis punctis interstinctus./
Corrigitur lotione donec omnem suam malignam qualitatem deposuerit gustu et aquae colore cognoscitur.
Datur in substantia a ℈j ad ʒj. infund. a ʒi ß in aq. buglossi vide Boodt l. 2. c. 119, 120 et 121. idem dedimus de Lapide armenio

De Elleboro Caput Secundum.

Elleborus radices praecipue et utilia, quae calida siccaque est ordine 3°.
Elleborus duplex albus et niger hic per alvum ille per vomitum purgat
Radices eligendae sunt, leves, friabiles, acres.
Et de simplicibus ponitur et niger intelligitur qui est salubrior albo
infunduntur radices contusae aut etiam coquuntur a ℈j ad ʒj in jure cavium pingui aut hydromelite, aq. hordei, aut aliquo leniente syrupo expressumque datur
Sic corrigitur elleborus albus Radicis fibrae a ℈j ad ℈ij in raphani radicem infiguntur, illa postridie exempta raphani radix offeratur: aut hae fibrae in jure pingui, aut in vino dulci, aut in leniente decoctione cum ciceris et anisi macerentur nocte una, expressum quod

liquor

Liquor, addito saccharo propinatur./

De Med^tis compositis Bilem atram blande, mediocriter et vehementer purgantibus. Sectio Octava

De ijs in particulari caput 1^um

Bilem atram blande purgant syrupi de fumaria et de pomis, quorum dosis est ab ℥ij ad ℥iiß cum aq. fumar. vel scolopendriae./
Electuar. Lenitivum et Cathol. de quibus praedict.
Bilem vehementius evacuant confectio Hamech et Hiera diacolocynthidos potentissimum, quorum descriptiones Logadij.
Confectio Hamech datur a ʒiij ad ℥ß
Hiera diacolocynthidos datur ad ʒiij
Pilulae e Lapide Cyaneo, quarum dosis est a ʒij ad ʒi.

De Med^tis Pituitam blande purgantibus Sectio Nona.

De Polypodio Caput Primum

Polypodium moderate calfacit siccatque. Nascitur radix et planta eiusdem in muscosis lapidibus atque vetustis corticibus arborum glandiferarum adnascitur.
Eligendum quercinum, recens, leve, crassum, nodosum compactum, dulce austerum, amarum, foris subrubrum, intus herbaceum

corrigitur

Corrigitur jure balli, forti indiget coctio.
Datur infus. ad ℥ 4, coquitur ad ℥ j.

De Cardamo Indico caput Secundum

Cardamomi semina utilior est quam folia quod calidum siccumque est ordine secundo.
Duplex est cardamomum sylvestre et sativum quando sylvestre ponitur et sativo illigitur.
Semen eligendum est grave, plenum, crassum et non dulcium, cortice tenui et angulato, candidumque.
Datur in substa. ad ℈ 18. infus. ad ʒ iij. coquitur ab ℥ 4 ad ʒ vj.
Corrigitur zinzibere et galanga.

De Hyssopo caput Tertium

Hyssopus calidus siccusque est ordine 3° solo folio valet.
Pulvis summitatum hyssopi ex scribentis ad ʒ ij
Summitates vero virides infunduntur ad ℥ 4. coquuntur ad ℥ j.

De Med^tis pituitam mediocriter purgantibus. Sectio Decima

De Agarico Caput Primum

Agaricus calidus 1° siccus 2° gradu. fungus est innatus truncis arborum raro vetustate putrescentium: ab Agaro Sarmatiae fluvio nomen accepit, ibi nascitur ubi larices plurimae proveniunt.
Agaricus duplex mas et foemina
Eligatur albus, levis, friabilis, rarus, dulcis et aliquatenus amarus.

corrigitur

corrigitur torbiscatur, quare vino macidatur in quo zinzibere, cum caryophylli aut spica, maduerint, ꝑ concinnantur torbisci. mediocreiter solidae corticis./
Datur pulvis eius a ʒi ad ʒiij d^{lius} vel dilutum a ʒiij ad ℥ß./

De Mirobalanis Cebulis cap. secundum

De ijs abunde dissimus L. 3. S. 2.

De floribus persicae arboris cap. tertium

flores persicae arboris calidi sunt in gradu
dantur in substantia a ʒß ad ℈ij infunduntur ad ʒij

De Gratiola Caput quartum

Gratiola folijs tantum utilis quae calida atque sicca in gradu
dantur exsiccata a ℈j ad ʒß in infus. a ʒij ad ʒi. /

De Turpetho s. Turbith cap. quintum

Turbith. sic dictum quasi turbatorium pro quo non nulli vadicant thapsiae corticem substitu... gravi dolore ... qui ℈ij pondere vomitibus dejectionibus magna perturbatione ac periculo concitat, calidum ꝑ siccum ordine 3° Radix est plantae lacte turgentis quae alypia dicitur (unde alypi nomen obtinet radix) folijs ferulae sed minoribus.
Duplex est turpethum Lorticetum ꝑ sylvestre./
Eligatur corticosum, friabile, leve, planum, gummosum ac medullosum, subcinericium intus candidum mediocriter solidum corticis ...
Corrigitur Zinzibere, mastiche, oleo amygd. dulc.

Datur

Datur pulvis quae a ℈j ad ʒij drachm vel dilutum a ʒij ad ℥ß./

De Hermodactylo caput Sextum.

Hermodactylus calidus siccusque initio secundi gradus Radix est bulbosa ejusdem plantae montanae cujus duae sunt species longa scilicet et rotunda quae dicitur ... colchicum

Deligatur Hermodactylus rotundus, gravis, crassus et mediocriter durus, subaceus foris et intus albissimus ... locis juxta rapanum vel scyllam ... quae ... viribus accipitur.

Corrigitur zinzibere et ciano ... longum ... coctum ... autumno colligitur./

Datur ejus pulvis a ℈ß ad ℈j drachm a ℈j ad ʒij.

De Medicamentis fortitantum vehementer purgantibus Sectio Undecima

De Colocynthide caput primum

Colocynthis calida sicca ordine 3° fructus est cucurbitae sylvestris quae fol... more ..., quod ... sibi ... modo ...

Duplex est mas et foemina

Eligenda est foemina, levis, magna, crassa, matura, candida, amarissima, in locis ... orta et quae multiplex orta est in sua planta

Corrigitur trochiscis cum infuso ... longum ... coctum et ... Colligitur, ... 4or annorum ... cum galanga et mastiche

Ex colocynthide fiunt trochisci alahandal dicti quorum dosis ℈ XX non sibi transferendum/ ex similitu-mento l. b. c. xi datur a ℈j colocynthidis ad ʒß/

De Med^tis compositis pituitam blande mediocriter et vehementer purgantibus Sectio Duodecima.

De ijs in particulari caput primum

Blande pituitam purgant catholicum et hiera simplex Gal. daturque ab ℥ß ad ʒ vj.

Mediocriter pituitam purgant syrupus rosar. pallid. compositus cum sena et agarico ab ℥iß ad ℥ij cum hydromelite.

Conserva florum persica arborea exhibetur pondere ʒij./

Hiera composita Gal. cum agarico datur ad ℥ß cum vino albo vel hydromelite aut forma boli, in bolis vino albo, aut hydromelite madidis involuta/

pilulae de Agarico, mastichinae, pilulae e hiera simplici.

Pituitam vehementius purgant diaphoenicum, benedict. Laxativa et electuarium diacarthami dantur ab ℥ß ad ʒ vi aut vij. in nonnullis officinis prostat electuarium de citro quod eandem vim et dotes cum electuar. diacarthami retinens solida datur ex Vino albo hydromelite aut ptisanae cocto/

hiera diacolocynthidos datur a ʒij ad ʒiiij

pilulae ex hermodactylis ad ʒj aut ℈ij. pilulae cocciae blandae

De Med^tis aquam et serositates Evacuantibus Sectio Decima Tertia

De

De Ebulo Caput Primum

Ebulus calidus siccus ordine 2° cuius cortex, succus et acini plurimum commendantur ad educendas aquas de serositates.

Succi via et efficacior purgatio ℥j. pondere elicitur a succus vel ex radice, vel ex mediano cortice stipitis contusos sed prius affusa aq. [illegible] vel [illegible] passuum cum [illegible] vel [illegible] [illegible] momento [illegible] saccharo. certiora vis eius [illegible]

Pulvis acinorum ebuli datur ad ʒj ex vino albo

Pulvis corticis mediani datur ad ʒij.

fructum ebuli condiunt aliqui duplo sacchari et [illegible] parte 8ª ex [illegible] ℥j.

De Sambuco Caput Secundum

Sambucus eodem [illegible] iisdemque pollet viribus quibus ebulus sed aliquanto infirmior. eodemque modo paratur et exhibetur

De Soldanella caput Tertium

Soldanella calida sicca est [illegible] de est brassica marina datur pulvis eius ad ʒj. in vino albo.

Succus ad ℥ß. infunduntur folia a ʒij ad ʒiij. et [illegible] a ʒiij ad ℥ß.

De Med^tis Aquas et serositates Mediocriter purgantibus. Sectio Decima quarta

De Senna, Gratiola & turpetho c. primũ

De Senna loquuti sumus c. 1. s. 9.

De Gratiola c. 9. s. 2ª cuius succus expressus ex foliis recentibus datur ad ℥ß cum liquore commiscetur infusione acinorum Sambuci

In capitulo c. 6. §. x. adverte [illegible] [illegible] [illegible] corrigi ad duritiam aquae./

De Iride Caput Secundum

Iris calida et sicca est 3° cuius radix est plantae liliaceae. Duplex est iris, una flore caeruleo ac versicolore, quae vulgo coelestina dr: altera flore albo, quae ad omnia nobilior./

Eligenda est illyrica, dura, densa, geniculata, fractu contumax, alba cum rubescit, acris et amara, aromatica, colligenda foliis efflorentibus./

Corrigitur mastiche et spica. Dosis Vix aliud purgandi [illegible]./

Datur eius pulvis ex ebullatione cum farina [illegible] pulte in iusculo et saccharo a ʒj ad ʒij

Succus radicis datur ℥j pondere ex liquore quovis

De Med^tis aquas per serositates vehementer purgantibus Sectio decima quinta.

De Ricino Caput Primum.

Ricinus, Kiki et Cataputia major vocatur calidus siccusque initio 3i gradus. planta est velut parvae arboris foliis platani et caulibus in arundinis modum fistulosis: cuius semen ricini animalis effigiem repraesentat, ex quo oleum exprimitur quod Kiki dr. Modus praeparandi hoc oleum est iste: maturus ricinus tempore soli exponitur, donec corticem [illegible] frangatur decidat; tum cavo in pilam coniecta diligenter tunditur, postea in lebetem cum pauco aq. diluitur, subiectoque igne fervescit. Ubi [illegible] redditur, [illegible] insitum sublato abique vase natans oleum

cochleari

cochleari, ut dictum, pro usu hujus traditur./

Catapucia quo absolute ponitur, de minori intelligendum est, pro de semine ejus, palma Christi in officinis dicitur, satyrium vulgare./

Dantur ejus grana 3° aut quod summum sive octo, qua quoniam magno labore pro imbecillitate vestigium purgando corpus jactitant, et expurgata torrefiunt, igneque siccantur, aut in massa coquuntur, et deinde trita dantur ex 3 ͤ fasciculi de uvarum passarum - addito saccharo et cicere. Quinque integra et minime trita grana liquato saccharo et melle obducta si vorentur blande purgant, minime offenso ventriculo./

De Lathyride Caput Secundum

Lathyris spectatur gradu et Ricino proxima, dose est praeparando quae ricini.

Vulgares tria quatuorve lathyridis folia ex pingui jure cum oleribus coquit./

De Cucumere Agresti caput Tertium

Cucumis agrestis s. asininus calidusque siccusque est ordine 3° insensibiliter amarus abstergensque est pro ora venarum aperiendum.

Corrigitur lenitivo liquore vel tragacantha, addito cicere vel spica. longam sustinet ~~et~~ corticem

Datur radix siccata a ℈j ad ~~...~~ ʒß. infus. a ℈ij ad ʒj.

De Elaterio Caput Quartum./

Elaterium calidum siccumque est ordine 3° quoniam est ex maturis fructibus cucumeris sylvestris extrahitur in hunc modum./

describi

Discocti circumeunt, qui protinus expellunt, si vero noctu una, postridie supra cribrum imponuntur et cultro sensim acuto scabra fudentur et deinde exprimitur, qui ubi relinquitur supernatans aqua effunditur, qua exhalanda sedimentum in pastillos cogitur et cogitur

Eligendum est in substantia levi aut ponderosum, ac marissimum, candidum./

Corrigitur tragacantha vel aq. mellissa./

Datur a ℈ j. ad xij cum lacte dulci vel multo addito sale pauxillo./

De Esula. Caput Quintum

Esula calida sicca est in tertio gradu cuius tres sunt species Major, media, et minor. Major tithymali genus est quae pityusa dioscoridi dicitur. Media quae rotunda pepla nuncupatur. Minor quae ex Ruellio vocatur Minoris cortex radicum in usum venit./

Eligenda est subtilis, levis et frangibilis, subrufa acris et styptica et post ... collecta. colligitur a verno initio./

Corrigitur primitus bdellij vel tragacantha et aqua mirobalani et coloris mali; ... scabra et radix ... circiter ... in aceto in quo cydonia incocta sint per tres dies, vel in succo portulacae, solatri vel intybi facta subinde liquoris mutatione.

Radicis cortex datur in pulverem redactus a ℈ j ad ℈ x. Lac eius a granis iij ad lij.

Eius qui sodia ... ferrum, quod dixi ante praeparatum cum aloe aut pici permiscent: quam deinde pro scammonio substituunt ex quo diadacrydium componitur./ Tithymali species praeparantur ratione dissimili./

De:

De Thymelaea caput Sextum

Thymelaea species Mezereoni calida et sicca est in 4° gradu,

Mezerei tres sunt species 1ª quae majoribus atque viridibus est foliis, ipsa tenuibus et gracilibus. 2ª quae folio est oliva angustiore sed multum pingui et mucoso sed fructu nigro, Thymelaea est. 3ª est Dioscoridis Thymelaea. 1ªm hic adducit Mesues.

Corriguntur folia macerantur in aceto per succo oxyacanthae, vel mali punici, vel cotoneorum tertiae myrobalanicae deinde siccantur.

Dantur folia infusa a ℨß ad ℨi. Coquuntur a ℨi ad ℨij in pingui aut brodio pro adjecto saccaro et ciceo. Semina datur a gr. vi. ad gr. x. maxime physica pariuntur.

De Euphorbio caput septimum

Euphorbium calidum siccum est ordine quarto dicit Mesues lachryma est arboris cujusdam in conspecto hispanianae naturae cujus 1ª folia hinc hirsuta, quibus elapsis, folio montano simul producunt. Euphorbium Dioscoridis est lachryma arboris ferulacea ... lachrymam sic olim agricolae pellebant illae arbori circumligant et ... cultro ramos deinde vulnerant, e plaga copiosus succus effluit, qui concretus colligitur.

Eligendum, purum, lucidum, leve, friabile, acutissimum, pallidum, clarum, mordacissimum, non recens sed mediae aetatis, vetus pro veneno habetur.

Corrigitur si dictum macerari in oleo amygdalino,

deinde

scinde cupellum indi patur in cētro mala cavo, qd deinde
masso obductum coquitur & siccatur.
Datur pulvis ejus ex manna a ℈ bj ad ℈ x cum
medulla, cicer & spica. Ubi corpus turbari cognoscitur
danda est folio quae refrigerande & laxiat. vel d^{rum} palla
lavum mundat. & compendio cicer.

De Med^tis compositis blande medio:criter & vehementer aquas ex serosi=tates purgantibus Sectio decima 6^a

De ijs in particulari cap. primum

Aquam e serositates blande purgant cat Sol. qd-
queitur. Syr. de ... Syr. ros. pallidarum. Syr.
dragogum minus qd datur a ℥ ß ad ʒ bj nisi addi-
tum sit elaterium aliqui minor sit dosis.
Mediocriter purgant Electarium e succo rosarum cujus
dosis est tabella ~~Una~~ Una ponderis ʒ ij ß.
Diaxydonion pari qte.
Electarium diacnicu cujus dosis est tabella Una
ponderis ʒ iij ß.
pilulae ex hermodactylis dosis ʒ j
Aquas & serositates ... hydrago-
gum majus cujus dosis est
Ung^tum e latyride si Umbilicus, inguina, & In-
guina, femoraq oblinantur. Vomitu purgat si-
si ventriculi regio attingatur
pilulas e ... & pilulae ex Esula
~~pula~~

De Med^tis blande Vomitione purgantibus Sectio decima 7^a

De Raphano Caput Primum

raphanus

Raphanus calidus in 3° siccus in 2°.
Sic paratur vomitus radicis eius ℥iij concisae
affusaque multa serum exprimitur liquidus offerendus
Serum (quod efficacius sit) ℥ 8 vel ℥iij sic
datur addita multa aut oxymel aut melle.

De Sepone Caput Secundum

Seponis radix viribus raphano prox.ª est eodemque
modo paratur
dosis est a ʒij ad ℥i.

De Med.tis Vomitu Mediocriter pur gantibus Sectio decima octaua

De Vrtica Caput Primum

Vrtica calida siccaque est ordine 2° cuius datur se-
men tritum ex aqua mulsa aut liquido iusculo et
saccharo a ʒ8 ad ℥i.

De Asaro Caput Secundum.

Asarum calidum et siccum est in 3° gradu.
Radix asari aliquanda est ponderosa, crassa, spissa,
styptica, acuta et aromatica. Mediocriter sustinet
coctionem, quod urinas movere volumus multa dyste-
ritura, si alvum subducere mediocri
ad Vomitum provocandum dantur eius folia vi
ridia a 6. ad 8 trita passulo vel hydromelite, vel
sero lactis, vel liquido dio expressa
Radix datur in substia a ʒ8 ad ʒiiij
Infunditur in sli liquore a ℥i ad ℥iij expressumque
datur: cortio via eius transfer sine et castorium
quae Vomitu purgant.

De

De Juglande Arbore Caput Tertium

Juglandis arboris cortex calidus et siccus est in 2° gradu ~~anno~~ ad 3° medius q. extractus eius succo madefactus tritusque vomitus ciet.

Pulvis eius datur a ʒß ad ʒi. cum liquore convenienti aut vino albo.

De Spartho Caput Quartum.

Sparthum s. Genista calidum est in 2° gradu et siccum, Corrigitur foeniculi semine cum cinamomo et saccharo. Datur pulvis ~~eius~~ seminis aut floris aut corticum cum aq. mulsa a ʒß ad ʒi.

De balano myrepsica s. Ben c. 5um.

Ben Arab. Balanus myrepsica Graec. Glans unguentaria officinis est. fructus est cujusdam arboris minoris Avellanae similis in Volum. Diosc.

Is fructus calidus et siccus est ordine 2°

Duplex est major avellanae similis: minor ciceris magnitudine qui utilior est.

Eligendus est recens, gravis, candidus et qui suo cortice facile spoliatur. Ex eo expresso premitur oleum et majori

Idem Volum. Ben de radicibus. Cuius duplicis Corrigitur dum ei ~~[illegible]~~

Facimus duas. alia alba est rubra alia.

Eligitur alba plena medulla, tactu lenis.

Datur medulla siccata et torrefacta in pulvere cum foenic. cinamomo et saccharo. Vel cum cinamomo et saccharo subacta,

Coquitur in massa daturque a ʒß ad ʒi.

De Elleboro Albo caput 6um.

Et

et Elleboro albo diximus c. 2. s. 7. eodemque modo paratur ac nigro et exhibetur. Hoc addendum fibras eius parentis ut diximus c. 2. s. 7. prius macerari nocte una in jure pingui aut in Vino dulci, aut in Oxymelito cum cinnamomo et aniso, expressumque liquor, addito saccharo propinandum est./

De Antimonio Caput Septimum.

Antimonium optime paratum et calcinatum datur exhibitum [illegible] in Vino albo ad gr[illegible] ad [illegible] optimum remedium. Crocus martis [illegible] exhibitus non parum confert ad vomitum ciendum./

De Plantis quibusdam minus Vulgaribus aut varijs Sectio decima nona

De Dictamno Caput primum

Dictamnus calidus
Eligitur recentior, levior, acrior, odoratior, eius loco Salvia ponitur./

De Absynthio caput Secundum

Absynthium calidum est 1° gradu siccum 2°
Absynthij tres sunt species Vulgare scilicet sive Romanum Santonicum et Seriphium sive marinum
Eligendum romanum folijs constans albis, levibus, planis, pinguibus, floribus aureis, amarum et stypticum, mediocriter [illegible] [illegible]./

De Stoechade Caput Tertium

Stoechas calida et sicca est 1° ordine
Stoechadis duae sunt species arabica et Citrina
Arabica est eligenda recens, subamara et mediocriter alta, spica purpurea cerulea et odorata [illegible]

continet

cortice./

De Adianto Albo Caput Quartum

Adiantum album calore temperatum est Capillus veneris et Coriandrum puteí vocitatur./
Adianti duo sunt genera album et nigrum
Eligendum album foliis viridioribus et latioribus parvis radice cortice praeditum et pulmonem ducit./

De Calamo aromatico caput Quintum

Calamus aromaticus calidus siccusque 2° gradu planta est indica per arundinaria, cujus canalis instar calami aut tubi cannae est per fractu facilis./
Eligendus gravis, geniculatus, densus, foris fulvus, intus albicans, odore fragrantissimus, astringens cum quadam acrimonia amarus./

De Spica Nardi caput Sextum

Spica nardi calida in 1° gradu sicca in 2° planta est indica
Ejus tres sunt species Indica, Syriaca et celtica
Eligend[a] indica recens, plana, brevis, acris, leviter amara, rufa et odorata. Celtica seu romana saliunca dicitur./

De Plantarum & Arborum seu fruticum Seminibus Sectio Vigesima

De Psyllio Caput Primum

Psyllij semen frigidum est in 2° gradu et cal[idum] mediocr[iter]
Triplex psyllij dicitur album, subnigrum, purpureum
Semen psyllij est eligendum grave crassum, complectum per quod cito aqua submergitur./

S-

De Aniso Caput Secundum,

Anisum calidum et siccum est in 3° gradu.
Eligitur dum recens, bene auctitum, dulce, subacutu[m], viride et boni odoris./

De Cardamomo Caput Tertium

Cardamomum calidum et siccum est in gradu secundo, est cujusdam plantae siliquosae in armenia nascentis.
Cardamomi tres sunt species majus, medium, minus.
Eligitur dum minus, plenum, fructu contumax, acutum cum quadam amaritudine, aromaticum, foris russum intus candidum

De Kermes Caput Quartum

Kermes est granum adnascens subfrutici, qui vocatur bacca et granum infectorium dicitur./
Eligitur recens completum, plenum, subamarum, et pro purum./

De Radicibus plantarum Arboru[m] et fruticum Sectio Vicesima 1a

De Brionia Caput Primum.

Brionia s. vitis alba calida et sicca moderate radix est quae in usu maxime est.
Deligatur solida, crassa non cariosa, acris, amara, alba vel nigra mediocriter succum continens./

De Cyclamino Caput Secundum.

Cyclaminum calidum et siccum est in 3° gradu et usu[s] aut sanita et panis porcinum

cyclaminum

Cyclaminus duplex est magnus et parvus.
Radix in usu est digitum crassa, spissa, parum lata, foris nigra, intus albi.
Corrigitur astringentibus ut mastix, cydoniae &c.

De Aristolochia caput Tertium

Aristolochia calida et sicca 2° excessu
Tres sunt aristolochiae species rotunda, foemina, longa mascula, pellucida, sarmentosa.
Radix in usu est eligenda rotunda, solida, compacta, subacris, amara, intus buxea, odore gravi,

De Radice Mechoacana caput quartum

Mechoacan radix est plantae sarmentosae folia ... foliis et fructu coriandro proxime similis.
Calida est in 1° gradu. Sicca in 2° gradu.
Eligatur recens, levis, colore foris modicum rufo, et intus albo, insipida

De Scylla caput quintum

Scylla s. cepa marina calida et sicca est ordine 3°
radix est plantae bulbosae, cepparum more tunicata, folijs ...
Duplex est mascula folijs albis, foemina folijs rubris in nigrum inclinantibus.
Eligenda recens, levis, mediocriter crassa, dulcis, acris et amara, candidissima.
Corrigitur assatione et cum eadem portio farinae orobi, conficiuntur trochisci.

De Centaurio caput Septimum

Centaurium calidum et siccum est in 2° gradu

Radix

Radix Centaurij eligenda est solida, crassa, succulenta, acrimoniam astrictio, dulcedine rubescentia./

De Glycyrrhisa s. Liquiritia caput 7um

Glycyrrhisa temperata calore, modicè humida Radix est plantæ surculosæ folijs lentisco similis./
Deligatur crassa, recens, ~~magnitudine, splendens~~, non frangibilis, intus crocea./

De Costo Caput Octavum

Costus calidus et siccus est in gradu Radix est plantæ indicæ
Costi tres sunt species Indicus, arabicus et Cyriacus
Eligendus Arabicus, levis, recens, non cariosus, durus, candidus, subamarus, odore fragranti. Quia loco angelica sumenda est. Indicus 2um locum obtinet./

De Galanga s. Acoro caput Nonum

Acorus siccus et Calidus in 3o gradu radix est plantæ indicæ.
Acori duæ sunt species Major et minor.
Eligitur minor, durus, nodosus, acris, rufus, aromaticus./

De Zinzibere Capu Decimum

Zinziber calidum in 3o gradu humidum in 1o Radix est cujusdam plantæ indicæ, cujus folia sunt gladioli aquatici folia
Radix eligatur recens, gravis, geniculata, fibrosa, candida, acris./

De Zedoaria Capu Undecimum

Zedoaria s. zerumbeth s. Zurumbeth idem calida et sicca in gradu. Radix est berminacea similis, quæ

Quae sponte in provincia Malaccio provenit
deligatur crassa, sapore et colore zinziberis./

De Cypero caput duodecimum

Cyperus calidus siccus in gradu Radix est junci Gourstri
triangulati in palustribus locis enascens./
Cyperi tres sunt species Longus, rotundus et indicus
deligendus nodosus, foris nigricans intus subal
bicans, amarus, odore suavi post se longo./
Indicus zinziberi similis est qui masticatus croceu
succum reddit, gustu amarus sentitur pacto./

De Doronico caput decimum tertium

Doronicum calidum siccum in 3° gradu Radix
est parva, geniculata, foris subflava, intus alba,
dulcis, acori colore et figura similis, eius loco car
yophyllo utimur./

De Angelica caput decimum quartum

Angelica calida sicca in gradu radix est plantae
montanae cuius folia sunt amplissima
Eligenda crassa, longa in plures et ramos diruapta, a
cris, odore suavissimo, aromatica./

De Gentiana caput decimum quintum

Gentiana calida sicca in 2° gradu Radix est plantae
montanae
Eligitur crassa, color buxi, amara./

De Tormentilla caput decimum sextum

Tormentilla s. pentaphyllum sicca 3° gressu radix
est

est cujusdam plantae sic dictae quod dentium tormentibus leniat eplapsyllum et cetera. /

De Satyrio caput decimum septimum

Satyrium Cynosorchis s. testiculus canis calidum humidum in gradu. Radix est bulbosa, quae unico bulbo radicatur, quae duobus bulbis radicatur testiculus canis &c.

Eligendum cujus radix est unica, rotunda, magna, colore exteriore fulva, interne candida, dulcis nec ori ingrata. Loco sicco asservari potest. Est a Sicca-tus radix plantae quae gramini cicerea magnitudine profert, cujus folia sunt albicantia foliis similia. /

De Salsaparilla s. Smilace aspera c. 18.

Salsaparilla calida sicca in gradu. Radix est praelonga et uniformis quae ex Peruon provincia Hondurae defertur.

Eligenda est nodis et geniculis nullis asperata, dura, fibrosa, rugosa, medullosa per quae viminis instar facile finditur. /

De Radice Chynae caput 19^um

Radix Chyna calida et sicca est in gradu in vastissima Chynorum regione Indiae orientalis nascitur.

Deligatur recens, gravis, crassa, nodosa, non cariosa, intus alba et foris rubra, insipida. /

De Sassafrax caput vigesimum

Sassafras radix est calida sicca in gradu cujusdam

arboris

~~ex~~ arboris praegrandis foliis fraxinei in tres angulos distincta constans, nascitur in florida novi orbis provincia Hispanis dicta Sassafras

Eligatur radix recens, solida, colore cinericio, subrubra odore foeniculum referente. Radix cum partibus praefertur partibus et praesertim sua cortex.

De floribus & foliis plantarum et arborum Sectio Vigesima Secunda

De Schoenantho Caput primum

Schoenanthum Iunceus odoratus modice calfacit adstringit flos est plantae gramineae ac Junceae in Arabia nascentis.

Eligendum Schoenanthum recens, [illegible], floribus refertum, acutum sapore, rufum quoque [illegible] rosae odorem spirans.

De Malabathro caput Secundum.

Malabathrum Calidum siccum in 2° gradu ~~calidum~~ ~~siccum~~ folium est arboris indicae: Vide folium indum.

Eligendum recens, fractu contumax, tres nervos in longitudine sua, ex viridi nigricans, acutum et odoratum, cuius [illegible] suffert spica vel folium [illegible].

De fruticibus et Arboribus Sectio Vigesima Tertia

De Polio montano caput primum

Polium montanum: [illegible] calidum siccum in 3° gradu frutex est [illegible].

Eligendum

Eligendum candidum, tenuem et fistulosum, quod non sine quadam suavitate gravitatis olens./

De Visco quercino Caput Secundum

Viscum quercinum est planta plantis adnascitur cujus folia sunt oblonga et viridi flavescentia, carens radicibus.
Viscum eligendum quod nuper natum in superficie ipsius baccae rotundae, albae, splendidae./

De Corallis Caput Tertium

Corallum, lithodendrum, dentritis, frutex marinus, frigidum in 2 gradu, siccum in 3°. nec planta nec lapis nec bitumen est, sed frutex sub aqua marina viridis, baccas sunt similes Corni forma et magnitudine, qui frutex e mari extractus lapidescit et induritur./
Corallorum tria sunt genera rubrum, album, nigrum.
Rubrum eligendum, grave, fractu facile, non scabiosum nec concavum, sed frutex ramosus.
Album levior est, spongiosior magisque refrigerans.
Nigrum rarior nec in usu, quod spurius ponitur et rubro illegitimo./

De Amomo Caput Quartum

Amomum frutex est flore albo Violae vel bryoniae, foliis convoluto similis, a qui Armenia et Syria delegatur. Amomum Creticum, non rugosum, album, fulvum, odoratum, et verius spurium est. Sed nunc Succedaneum est pes Columbi./

De

De Plantarum et Arborum fructib[us]

Sectio Vigesima quarta

De Prunis Caput Primum

Pruna emollientia sunt [moderate refrigerantia et humectantia] Eligenda sunt damascena, recentia, nigra, dulcia, mediocrem soliditatem continentia./

De Carpobalsamo caput Secundum

Carpobalsamum fructus est indicae arboris
Eligendum plenum, ponderosum, pingue, acutum, rufum, odore opobalsamum aliquatenus redolens,
Eius loco cubebae ponuntur./

De Cubebis Caput Tertium

Cubebae sunt fructus racemosi cuiusdam plantae indicae foliis [illegible] modo repentibus./
Eligendae sunt grandes, corpulentae, plenae, acres, subamarae, aromaticae./

De Pipere Caput Quartum

Piper Calidum siccum in tertio gradu
Piperis tria sunt genera album scilicet nigrum et longum
Sunt fructus racemosi eiusdem plantarum repentium quibus folia citri effigie in india nascuntur.
Nigrum eligendum est recens, gravissimum, plenum sapore acerrimum, rugis mollior conspersum./
Longum vero eligi debet grave, solidum, non perforatum, fractu contumax, acerrimum et linguam mordicans./
Album eligitur grave, solidum sapore acri, –

colore

Colore albo, odoratum. Ideo siccus solidus ponderosus et albo eligitur.

De Nuce Moschata caput quintum

Nux moschata calida sicca 2 gradu dicitur nux myristica fructus est cujusdam arboris in india nascentis, cujus folia et magnitudo pyrum [illegible] aequant.

Nux moschata eligatur gravis, plena, acuta, intus rubescens, odore grata et quae acu puncta mox odorem suum succum reddat.

Macis est involucrum nucis moschatae.

Probatur recens, pinguis, gravis, rubro flavescens et acuti saporis.

Ideo nux absolute ponitur et [illegible] eligendum.

De Caryophyllis caput sextum

Caryophylli calidi et sicci in 3 gradu fructus sunt cujusdam arboris ejusdem nominis in molucca insula nascentis.

Caryophyllus duplex est Mas qui et anthophyllus dicitur et foemina:

Eligendi sunt foeminei, mediocres, plani, [illegible] subbrunei spatio rubescentes, aromatici.

De jujubis s. Zizyphis caput septimum

Jujubae, zizipha, sebesten et Myxaria fructus sunt Syriacae arboris.

Eliguntur recentes, ampla, oblonga, carnosa sapore dulces et bene colorata.

Se

De Anacardia Caput Octauum

Anacardi calidi siccj in 4° gradu fructus sunt cujusdam arboris in india nascentis, cordis effigie.

Eligantur grandes et succulenti, acuti sapore, intus fusci, nucleus interiorum albus in cortico resinoso.

Liquor in usum assumi debet in vult. [illegible] in sero lactis infusus, recentes sale conditi tum oleo conduntur./

Mel anacardinum exprimitur ex anacardiis recentibus diutius in aqua coctis. Arnaldus de Villa nova mel sic parat. Anacardi tres debent p[illegible] aceto macerari per 7. dies. octavo coqui ad duarum partium consumptionem, colatura ex coctis est mel anacardinum./

De ficubus Caput Nonum

ficus sunt emollientes eligendi massilienses, tactu molles, cortice tenui, albicantes, gustu delectabiles, mollem dulcedinem habentes./

De dactylis caput decimum

Dactyli sunt fructus arboris palmae

Eligantur recentes, carnosi, parum rugosi, tactu subduri, dulces et qui concussi non strepant, rubri

Nucleus quando absolute ponitur de dactylis intelligitur./

De Pistacija caput Undecimum

Pistacia sunt fructus arboris terebintho similis Persia nascentis

Eligantur recentia, plena, nucleo intus subrubeo odora

odore et sapore jucundi./

De Amygdalis caput duodecimum

Eligantur amygdalae recentes maturae, durae, laudabiles, foris flavae intus albae dulces non rancidae./

De Nucleis Pineis caput decimum 3um

Nuclei pinei seu strobili eligendi sunt recentes, albi, sicci non rancidi, tenui membrana rufa involuti. Nuclei pinei calore temperati lenibiles humidi./

De Arborum Lignis Sectio XXVIa

De Guiaco caput primum

Guajacum s. lignum sanctum calidum et siccum est in 2o gradu, lignum est arboris procerae ad fraxini magnitudinem et effigiem multum accedens

Eligatur quod ex orientalibus plagis affertur in[...] grave, densum, pingue, intus nigricans, foris vero subalbidum, amarum et odoratum. Vid. Som. [...] et Lud. Wendeler c. [...] de Sophibus./

De Agallocho s. Xyloaloë cap. 2dum

Agallochum s. lignum aloës est lignum arboris indicae oleae instar et crasso cortice calidum siccum 2o gradu. Eligitur ponderosum, pingue, maculatum, odoratum gustu adstringens, subamarum, versicolor, tenuis more igne liquescens sed tardius et quod aqua ad motum subsidet et bullas dat./

De Santalis caput Tertium

Santalum frig. in 3o grad. siccum in 2o. lignum

est

est cujusdam arboris indicæ nucis juglandis mag-
nitudine folijs admodum virentibus lentisci similis
Santali tres sunt spẽ Citrinum, album et rubrũ
Eligatur in substantia grave, solidum, colore suo præ-
stans et odoratius.
Rubrum differt a bresilio nec est dulce nec infectu
ut bresilium./

De Aspalato caput Quartum

Aspalatus calidus et siccus est in 2.° gradu lignum
est cujusdam fruticis spinosi in Syria vel Rhodiorũ
insula nascens./
Aspalati lignum eligendum grave, densum, sub-
amarum et adstringens, detracto cortice rubens,
aromaticum. Cuius loco agnus castus ponitur./

De Xylobalsamo Caput Quintum

Xylobalsamum est lignum arbusculæ sarmentosæ
balsami olim in Judæa, Ægypto et in Valle Syriæ ac
max.° in Syrico nascens./
Eligendum recens, ponderosum, intus gummosum,
fulvum et odoratum cujus loco surculi lentisci sub-
stituuntur

De Corticibus et Lanuginibus Arbo-
rum Sectio Vigesima Septima./

De Cinnamomo Caput Primũ

Cinnamomum est interior cortex arboris sylvestris,
magnitudine oleæ, citri colore, Lauri effigie ac

sponte

sponte nascentia in multis regionibus indiae orientalis ex Zeilan et malabar laudatissimum provenit./

Eligitur tenue, tortuosum, acutum, dulcedine permistum, subrufum, aromaticum./

Canella crassior xylocassia seu Cassia lignea est ex eodem arbusto [illegible] Canella et ciaomum sed hoc ex ramis, illa ex trunco tenero, cujus cortex calidissimus est separatur./

Darsini, cassia, ciaomum et canella idem sunt./

De Usnea caput Secundum

Usnea non est scoba sed lanugo quaedam arboris veluti membranacea, oleae, cedrae, quercus. Eligenda redolens albi coloris et odoris boni. Obrion dicitur./

De Carpesio caput Tertium

Carpesium est festuca et tenuia ex surculis ciaoi et surculis fruticis qui [illegible]./

De Succis varijs Sectio viges. octava

De Hypocistide Caput Primum

Hypocistis frigida in 1° gradu sicca in 3. Succus est cujusdam germinis radicibus cisti prolliens extractus.

Eligitur dura, stiptica, subrufa./

De Acacia caput Secundum

Acacia frigida in 1° gradu sicca in 3° succus est ex fructu arboris spinosae aegyptiae. acacia nos

extractus

extractus.
Eligitur dulsa subrussa.
Ejus loco utimur succo prunorum sylvestrium
quæ ex cavemus.

De Lycio caput Tertium

Lycium frigidum et siccum est in 2° gradu succus
est cujusdam arboris spinosæ, fraxini magnitudi
ne, folija buxi perpetua virentibus tamarisco
similibus. quo caremus sed ejus loco utimur
succo caprifolij.
Eligendum durum, glutinosum, lucidum, adstr
ingens, exsiccativum et quod igni admotum ac
ditur.

De Opio Caput Quartum

Opium frigidum in 4 gradu siccum in 1° succus
est s. Liquor concretus ex vulneratis capi
tibus papaveris nigri effluxus.
Eligitur Thebaicum, grave, densum, tactu lene,
amarum, subrussum, clarum et quod facile aqua
diluitur.

De Meconio Caput Quintum

Meconium frigidum 4° gradus initio succus
est ex contusis folijs et capitibus papaveris
albi extractus opio longe ignavior.

De Succo Liquiritiæ caput Sextum

Succus liquiritiæ calore temperatus blande humid.
Liquor est ex radicibus liquiritiæ tusis et expressus
igne vel sole siccatus.

eligendus

Eligendum urina, qui è firta delatur et purum tenax, dulcis, nigerrimum, splendens, et linguae subditur statim totum liquescit./

De Saccharo Caput Septimum.

Saccharum est Succus extractus ex cannis mentium incisis per cortice, vel quoquo alio modo.
Saccharum calidum et Siccum initio 1i gradus.
Eligendum est Madere, purum, leve, durum, dulcissimum, albissimum primum modo splendens./

De Saccharo Candi caput octauum

Saccharum candi fit ex Saccharo in Syrupum cocto et in olla fictili (in qua sint bacilli lignei) per quindecim dies in loco calido imposito, postea aq. calida offusa per unum diem relinquitur, dies sequenti frangitur olla et saccharum candi inuenitur./

De Amylo Caput Nonum

Amylum frigidum Siccum Succus est concretus ex infusis tritici.
Eligendum est candidissimum et purum./

De Varijs Gummi Speciebus Sect. XXIX

De Sarcocolla caput primum

Sarcocolla gummi est arboris spinosa in Persia nascentis./
Probatur crassa, amarissima, subcitrina, candida
Corrigitur infusio lactis muliebris vel asinini et debet infundi in eo per 5 dies, renouando lac

singulis

De Sagapeno caput secundum

Sagapenum calidum est in 3° liquor est & gummi arboris ferulaceae, vel fruticis in terra media nascentis. /
Eligendum crassum, purum, in aq. dissolubile, acre, foris subrufum, lucidum, intus subalbidum quod porri odorem referat. /
Corrigitur med^tia^ ebullitionis stipticatis, ut spica & mastiche. /

De Opoponace caput Tertium

Opoponax calidum est 3° ordine siccum 2do. liquor est panacis herbae, quae alio nom. Herculea dicitur.
Triplex est opoponax Heracleum, asclepium & Chironium. /
Eligendum est leve, pingue, friabile, in aq. statim dissolubile, amarissimum, foris croceum, intus ipso album, odore gravi /
Radice incisa excipitur ex caule est sp... ...fix scarificato promanare
Adulteratur ammoniaco injectae sed gravia in vero opoponace, dolum prodit odor & albedo in fractura, /
Corrigitur mastiche & spica. /

De Gummi Aegypti caput Quartum

Gummi Aegypti frigidum siccum in 2° gradu. est lachryma ex acacia Aegypti spina promanans /
Laudatur quod contractum in vermiculorum speciem, vitri

Vitri modo perlucidum, purum, candidum.
Gummi quod absolute ponitur est Arabico intelligitur

De Tragacantha caput Quintum

Tragacantha frigida 2° sicca humida 1° Lachryma est plantae spinosae spina hirci appellatae in Asia et Creta nascitur.
Eligenda levia et sincera et quae saliva diu in ore detenta lentescit, alba et clara.
Ex radice incisa colligitur iuxta Dioscoridem, sponte vero profluere asserit Theophrastus.

De Galbano caput Sextum

Galbanum calidum initio tertii gradus, siccum in 2° Lachryma est plantae ferulaceae in Syria praesertim in Amano monte nascentis.
Probatur pingue et surculorum expers, albicans tibus illis, ammoniaco simile, grave et virens olens sapore tetro et ingrato. Ex radice incisa excipitur.

De Ammoniaco caput Septimum

Ammoniacum calidum siccum 3° exitu Gummi est s. lachryma plantae ferulaceae in Africa nascentis Agasylli dictae.
Eligendum densum, sincerum ligni et calculorum expers ac thuri simillimum, amarum, odore castoreum referens.
Ammoniacum duplex est. Thraudmaligniae calculorum expers: Alterum phyrama dr, quod capillus...
Ammoniacum sic dr quod stillat juxta Jovis Ammonis oraculum.

De

De Lacca Caput Octavum

Lacca s. cancamum   Liquor est gummis arboris cujusdam in India concrescens et formicularum succo et opere coactus./

Eligenda in substantia dura et perlucida, saporemque ingrato, rubra, clara et quae facile aqua dissolvitur,

Cancamum Graecorum et Lacca Arabum idem sunt./

De Sandaracha caput Nonum

Sandaracha calida in fine 3i gradus est Arabum Sandaracha, Iuniperi lachryma et quae vulgo Vernix dicitur quod vitro ipso splendeat

Deligatur pura, mastiches more friabilis, pallida et perlucida

Sandaracha Graecorum est lapis in metallicis venis auraria rufus et ad colorem cinnabaris vergens,

De Sanguine Draconis Caput Decimum

Sanguis draconis frigidus est in 2o gradu siccus in 3o Lachryma est arboris Africanae a fructu ejusdem arboris nomen ducens, nam sublata qua integitur pelle fructus, dracunculus apparet./

Eligendus purus, friabilis, validus, sanguineus et perlucidus.

Est alius Sanguis draconis in officinis factitius ex hircino sanguine, bolo armenia et sorborum aliorumque astringentium succo./

De Assa foetida Caput Undecimum

Assa foetida calida sicca in secundo gradu est lachryma

peregrina

peregrina planta in Medina nascitur, quam Silphion
Solidum dixe. Vocat alij Volum ex Gummi Lasse
pitij quod ~~iccat~~ acrad
E liquida transflucidior et solida, et acador hore
cand carpitur/

De Gummi Sederæ caput duodecimum

Gummi Sederæ est lachryma
quæ e trunco Sederæ vulnerato et interdum sponte
profluit.
Eligendum clar, colore ex flavo rubescenti, gravis
acre admodum/
Triplex est Sedera alba quæ fructum profert albu
Nigra, qua nigrum: 3a Selix et nonnullis dr.
Sedera terrestria./

De Myrrha caput decimum tertium

Myrrha græcis Smirna dicta calida secca in 2do
gradu Lachryma est cujusdam arboris Arabicæ,
spinosæ, ægyptiæ folia, juniperi superans altitudine
E liquida troglodytica, pura, fragilis, pinguis
levis, pellucida, amara, acria, odore gratissima
et quæ confracta ostendat Unguium modo candidas
et lacteas oculos
Troglodytæ sunt populi Arabibus Vicini, proxime
ad myrrha et Aethiopia/

De Stacte caput decimum quartu

Stacte calida secca in 2o gradu pinguedo est
myrrhæ recentis cum parva aqua tusæ et expressæ
in Unguenti forma redacta, quæ styrax liquida dicitur
sed male
Eligenda

Eligenda est quae nullam olei admistionem habet./
Alij dicunt esse succum gummeum ex Nabathaeorum terra e arbore myrrhiflua, hac sponte, per suis plagam fundatur./

De Bdellio caput decimum quintum

Bdellium calidum siccum in 2° gradu Lachryma est arboris saracenicae, oleae magnitudine, folijs quercus, fructu ficus, candidio colore./
Eligitur purum, molle, pingue, amarum, tauri glutini modo perlucidum. Diosc. laudat Saracenicum. Gal. Scythicum./

De Caphura caput decimum sextum

Caphura frigida sicca 3° gradu Resinosa lachryma est arboris indicae nucis juglandis magnitudine, per folia salicis in medullam ligni cadentis per rimas quasdam resinarum modo./
Eligenda in tabellis pura, pinguis, friabilis, nitida et candidissima, odore fragrantissima, et quae pani calido imposita madescit, hic tunda sit, ardet in medio aquae./

De Styrace Caput decimum septimum

Styrax calida sicca 2° gradu resinosa est lachryma cujusdam arboris malo Cydonio similis in Aethiopia nascentis dicitur Calamita./
Probatur maxime styrax crassa, colore flavo, cum granis albicantibus, amara, odore gratissima./

de

De Benjoino Caput decimū octavū

Benjoinum officinis Belzoinum calidum

Resinosus est succus arboris indicae cujus folia sunt citri foliis similia, nascitur in sylvis ubi sunt multi lyncides./
Eligendum purum, aequabile, albis praeditum globulis & granis lini similibus, rubescens, lucidum, odore suavissimo, quod accedens xyloaloen refert/

De Thure Caput decimū Nonum

Thus calidum 2° gradu siccum 1°. resinosa lachryma est arboris arabicae cujus folia lentisco sunt similia.
Thus duplex est Mas quod Olibanum, & foemina quod indicum Dioscorides appellat./
Eligendum purum, pingue, tenax, guttatim flavum, rotundum, candidum odore gratum. Mas praefertur./

De Mastiche Caput Vigesimum.

Mastiche. Resinosa lachryma est lentisci arboris in Chio insula nascentis omnium resinarum praestantissima/
Eligenda pura, splendens, friabilis, candida, odorata,
2do [illegible] ponitur & lutea [illegible] eligendum

De Gummi Elemi Caput Viges. primū

Gummi elemi Resinosa lachryma est oleae aethiopicae./
Eligendum pingue, tenax, flavescens, aut potius subrufum, odore gravi, et quod facile liquescat nec

facili

facile linguam mordicat./

De Tarsamacsa caput Vigesimum secundum

Tarsamacsa est quoddam resina gumma ex nova hispania allatum, Gummi elemi sive laccyma aethyopicum/

De Caraunna caput Vigesimum Tertium

Caraunna est alia resina gummae accedens ad Tarsamacsam, indeque ita vocata est liquida, pinguis, oleaginosa, tenax./

De Resina caput Vigesimum quartum

Resina est liquor pinguis et oleaginosus ex pino et abiete profluens./
Resina duplex est liquida et arida ut Terebinthina et Colophonia./
Est liquida nobilium idest e pinorum incisione, arida, pura, friabilis, colore citro modo pelluida et odorata./

De Pice caput Vigesimum quintum

Pix est liquor pinguis ex taedis fustatim incisis et in furno accensis effluens, vel resina combusta fluxus ex taeda emanans: Estque taeda morbus arboris pini prae senectute ut nimia pinguedine veluti strangulatae./
Palimpissa est pix bis cocta vel pix sicca dicta quod sicut e liquida coctione et elaboratione crassescit purgatur atque durior et siccior evadit./

Zopissa

Zopissa est pix a navibus maritimis erasa, quae propter salsuginem quandam ab aqua marina contractam ita vocata a nonnullis apochyma vocatur. pix navalis vel etiam quod ea naves induuntur./

Pissasphaltum est bitumen pici commixtum quod ad mortuorum conditurum olim usurpabatur. Sanie vero mortuum non alterum asseruit Diosc.

Differt a pix a resina, quod pix per ignem transferatur, resina vero sponte fluxerit e vivarum arborum sobolis. Utraque vero pix est veluti resina cocta per ignis adjutum ducta, impedimentum acquirit fumo per calorem. Unde pix nigra solet dici, nam quae flava est potius resina dicta./

Pix quae primo stillat fluxilior est per humidior, quae quidem pix liquida officinis dicitur per paucis. pissoleum./

Pix eligenda est pura, pinguis, resinosa, quae sit nitidus pressa lactescens, subrufa ac odorata./

De Terebinthina caput vigesimum sextum

Terebinthina est liquor pinguis, resinosus, terebinthi arboris sponte defluens e trunco per ramis in insula Chio nascentis./

Eligenda pura, lucida, candida ac vitri modo splendida per odorata.

De Colophonia caput vigesimum septimum

Colophonia est liquor e terebinthina fluens, calore solis exsiccatus,

Duplex est terebinthina per duplex Colophonia.

Viene

Vna cum incolumitate palatii ex vino habito.

De Ladano caput Viges. octavum

Ladanum calidum est liquor ex folijs cisti in cypro nascentis cuius noti est, quidam barbisque caprarum adhaerentem cum ex illis frondes pascuntur.
Eligendum purum, pingue, ductile, subnigrum subuiride et odoratum.

De Varijs Liquorib. Sectio Triges.

De Vino Caput Primum

Vinum calidum humidum in gradu
Eligatur tenue, purum, splendidum, album aut pallidum, sapore non ingrato.
Ex fecibus vini ex siccatis, vel ex ipso vino concreto fit medicamentum quod tartarum vocant.

De Aceto caput Secundum

Acetum frigidum et siccum est ordine secundo
Laudatur tenue, acutum, album et quod ex vino laudabili vetustate aut artificio tale evasit.

De Aqua Caput Tertium

Aqua frigida humida in tertio gradu
Probatur insipida, quae levium sit partium, cito item calescat ac refrigeretur.

De Lacte Caput Quartum

Lac moderate temperatum est in calore et medio secundum

Laudatur

Laudatur album, dulce, et quali ex assiduitate boni odoris Vaccae humidae nec nimis foetae, bono pastu enutritae, praecipue autumno qa tunc minori abundat humiditate./

De Sero Lactis Caput Quintum

Serum Lactis frigidum est et humidum in . gradu./ Eligendum est caprinum, recens, odoris et saporis jucundi sed sui, et quod ex lacte caprarum nigrarum recens foetarum et bonis pabulis nutritarum./

De Iure Gallorum caput Sextum

Iure Gallorum extrahi debet ex gallo russo, carnoso, quamplurimum animoso, nudo./
Sic parabitur abjectis intestinis salem in ventrem conjice et coque in aqua coque donec tres 4ae partes aquae remaneant./

De Animalibus et Eorum partibus

Sectio Trigesima prima

De Sanguine Humano & alijs

Caput Primum

Sanguis temperatus est eligendus autoritate Galeni hominis temperati, tenuis, dulcis, rubeus./
Sanguis pueri 4or annorum nati per aliquot dies folijs diureticis nutriti prius diu effluens est colligendus, namque primus tenuior, posterior crassior putatur, incisa angusto jugulari debet colligi./

tenuitudinis

Testudinis sanguis ... extraxi ... testudine cuius caput abscinditur ... soli exponitur donec exsiccetur.

Sanguis ... eligendus ... ruber, ... pelaviae.

De Mumia caput Secundum,

Est confectio quaedam, qua corpora ... condiuntur ... aloe, myrrha, balsamo ... calida sicca est in 2° gradu.

Eligenda solida, lucida nigra ... odorata.

Mumia ... est pissasphaltus ex bitumine ... pice conficitur.

De Axungia caput Tertium

Axungia calida est et

Differunt ... axungia, sebum et pinguedo ... consistentia.

Axungiam extraxi ... autumno ... et aqua frigida pluvies lavavi; deinde ... pelliculis ... lento igne in vase duplici liquavi ... vasis ... vel ... in loco frigido et sicco asservavi.

De Medulla caput Quartum

Medulla calida est in

... medullam ... ab ossibus extraxi; deinde lento igne liquefeci, postea colavi ... in vase ... vitreato servavi, melior est cervina, deinde vitulina.

De felle Caput Quintum

Fel calidum et siccum est ... ... quae sunt mediae aetatis.

Eligendum ... flavum, amarissimum ... odoris ... ...

reservetur./

De Coagulo caput Sextum

Coagulum ab haedulibus nuper occisis extractum salitum et involutum suspendi debet ad solem, ut siccetur./
Coagulum leporis est omnium praestantissimum et quo vetustius eo melius./

De Carnibus caput Septimum

Carnes debent ablui bis aut quater vel quinquies vino calido dulci, postea in furno exsiccari et foliis absynthii involvi in pulvino vulpino./

De Cerebellis caput Octavum

Cerebella debent accipi recentia et aq. frigida bene lavari et per pannum rarum colari aqua, postea lento igne desiccari./
Debent cerebella accipi ab avibus, quae nidificant in domibus Vere et Autumno et debent animum cerebellis vitellum ovi Vinum permiscendo parumper mellis addito et super cineres cineres calidos agitentur, donec evanescat humiditas serventur in vaso vitreo./

De Moscho caput Nonum

Moschus calidus siccus in gradu excretum est cujusdam animalis veluti apostema in quodam folliculo circa Umbilicum contento.
Eligendus orientalis subrufus, amarisaporis, aromaticus, cito solvatur, nec multum relinquit. Solus servatur. Si odorem amiserit in olla posito orificio aperto suspendatur in Cloaca et recuperabit./

De

De Zibeto caput Decimum

Zibetum est excrementum cuiusdam animalis magnitudine Cati./
Eligitur Album, pingue, candidum, odore gratissimo/

De Ichthyocolla caput Undecimum

Ichthyocolla sive gluten alkanna est gluten ex ventre molua seu morua piscis confectum./
Morua ventres aut plures in fasciola scincta secantur et in fictili cum aqua calida coquuntur donec in cremorem aut pultis consistentiam abeant, postea antequam refrixerint in partes dissecantur et ita siccatur./

De Oesipo Caput Duodecimum

Oesipum est lanarum succidarum pinguedo./
Quae praparatur in hunc modum lana succida aquae mac[e]ratur horas octo, donec totum in aqua deposuerit pinguedinem: deinde lana fortiter exprimitur manibus et aqua colata diutissime alio vasculo effunditur et refunditur donec non amplius spumet tunc pinguedo aquae supernatans est colligenda et aqua lavari debet donec albescat et pura evadat, tunc in fictili vase reponitur ad usum./

De Castoreo caput decimum Tertium

Castoreum calidum Testiculus est cuiusdam animalis quod partim in terra partim in aqua

vivitur

victitat, qui in meridionalibus partibus reponitur.
Eligendum flavum, friabile, acre, subrussum, horribile, grave et foetidum.

De Cera Caput decimum quartum

Cera eligenda pura, mediocriter pinguis, subrussa, odorata, parum mel resipiens, pontica et cretica laudatur.

De Propoli caput decimum quintum

Propolis est fundamentum cerae crassior, consistentia mea a rusticis Cera virginea dicta.
Eligenda mollis ductilis, styracis odorem resipiens, alba.

De Melle caput decimum sextum

Mel calidum, siccum 2° gradu est
Deligatur grave, purum, lentum, dulcissimum, album vel flavum, odoratum, atticum est optimum vel narbonense.
Mellis tria sunt genera mel aereum, mel apum et mel arundinum.

De Osse Cordis cervi caput decimum septimum

Os cordis Cervi cartilago est in sinistro cordis ventriculo cervi reperta.
Eligendum rectum, tenax, russum.

De Unicorni caput decimum octavum

Unicornu eligendum ponderosius et qui aqua injectum ampullas edat, foris subrussum, intus eburneum crasso cortice involutum, quidam lapidem Unicornis

vocant./

De Blatta Bizantia caput decimū nonum

Blatta bizantia s. unguis odoratus est cujusdam piscis aut conchilij tegumentum odore castoreum referens./

Eligitur albicans, odoratior./

De Umbilico Marino caput Vigesimū

Umbilicus marinus integer est pisciculus, ut tegumentum ita umbilico sito, ut ab illo nomen acceperit, in littore maris reperitur./

Eligendus est clarus, albus./

De Antalio s. Dentalio cap. Vig. 1um

Antalium est tubulus testaceus cujusdam piscis in mari prognatus, digiti minoris fere longus./

Dentalium parva concha est oblonga dentis canini instar acuminata, unde dentalis.

Eligenda sunt levia, tenuia, arundinacea modo cana alba, Eorum vice quaevis concha alba potest substitui./

De Rana caput Vigesimum Secundū

Ranarum tres sunt species: Aliae, quae in aqua tantum degunt: Aliae, quae in aquis et terra sicca aequaliter victitant: Aliae denique, quae in locis aridis victum quaeritant et rubetae dicuntur./

Eligendae sunt aquaticae, virides abjectis quae punctis pluribus non sunt maculatae buffonum modo./

De Cancris caput Vigesimū Tertium

Cancri sunt pisces crustacei, cujus duo sunt genera

marinus

maxime & fluvialia

Cancri piscari debent qdo Sol est in signo arietis scilicet mense Aprili, interdum adveniuntur, quandoque elixantur. ita parantur.

Evelluntur extremitates cancrorum cum pedibus & corporibus suis & abluuntur aqua frigida. Sale & cinere pluribus vicibus, donec mundificentur & repurgentur aquositate odoriferi: deinde in aq. hordei cum sero lactis coquuntur./

De Viperis caput Viges. quartum

Vipera s. Tyrus duplex mas & foemina oculos habet rubeos, linguam mobilem, dentes plures, caput extensum, colore ruffo cum dorso nigro sub finem veris venari oportet. Sic parantur./

Viperulae minutim flagellentur, caput & cauda amputentur & permittantur super terram agitari, donec exsangues fiant: deinde excorientur & in aqua salsa & calida vel vino puro lauantur deinde coquuntur ad separandum ossium cum carne./

De Scincis Caput Viges. Quintum

Scincus est lacerta sylvestris, quibusdam dicitur crocodilus terrestris: est animal parvum, quadrupes, squammatum, capite longo, cauda rotunda, cum sale & nasturtio servantur./

Eligendi Corpulenti non exigui./

De Cantharidibus caput Vig. Sextum

Cantharides sunt animalia muscarum barba in ligustro & fraxino mundetis provocantur, deinde & reponuntur./

Eligendae

Elegantiae multicolores, quae lacertae in alia transmu-
tant, siue lincae, corporis longi, crassi, et pingui et quae
in fermento inventae sunt, pro bufonibus servantur.

De Scorpionibus caput Viges. vijmum

Scorpio est animalculum terrestre, longam per caudam
nodosam gerens, in cuius extremo longo et obliquo
armatur aculeo tenui foramine pervio, quo vene-
num pungendo effundit.
Ex Scorpionibus oleo infusis per expressionem fit oleum

De Lumbricis Caput Viges. octavum

Lumbrici seu Vermes terrestres vino albo loti in olla
macerantur ac vase duplici in diem elixantur. Vin
et intestina terrae. (~~Capitur sunt oblongum~~) pro eo quod
sumuntur triti, siccati et tenuissime levigati pulveris
quibusdam pulveribus admixti.
Lumbrici corpus sunt oblongum, oculis, auribus,
pedibus destituuntur.

De Variis terrarum tribus

Sectio Trigesima Secunda.

De Terra Lemnia caput primum

Terra Lemnia vel Sigillata frigida sicca in 2° ...
bol. est quaedam vena terrae in ~~Lemn~~ Lemno nascitur.
Terrae Lemniae duo sunt genera: una rubescens declinans
ad ruffum, altera in cinericio colore candicans.

Dicitur

Dicitur Sigillata quia cavatis tribus terricis sigillata.
Eligatur pinguis, densa.

De Bolo Armena caput Secundum

Bolus armena s. terra Armeniorum frigida in secundo gradu est quaedam vera terra in Armenia reperta.
Boli armenae duo sunt genera orientalis et pallida: altera vera et rubea.
Eligitur ut Lemnia, aceto abluitur et depurata exsiccatur.

De Ochra Caput Tertium

Ochra est et materies quaedam terrea, quae in fodinis reperitur.
Eligenda est flava, natio attica, levissima, friabilis, non lapidosa intus lutea.

De Terra Thymelaea caput Quartum

Terra thymelaea est materia quaedam terrea, quae ultra mare reperitur.
Eligenda est alba, aliquatenus aromatica.
Ejus loco Sodio terra utimur, quae sub mola in acuendo gladio reperitur.

De Terra Eretriade caput Quintum

Eretriades terrum Galbanum est globula rubicunda, quae in agro Urbis Eretria effoditur, unde illi nomen.
Ejus loco bolo armena utimur.

De Creta Caput Sextum

creta

Creta est terra candida, quae in Creta insula effoditur.
Cretae tres sunt species Alba, viridis et Nigra.

De Salis Speciebus. Sectio Trig.ma

De Sale Vulgari Caput Primum

Sal calidus siccus in gradu.
Salis tres sunt species. marinus, fontalis et minera lis.
Marinus fit ex aqua marina diu agitata et sole sic cata.
Deligatur candidus, densus, perlucidus, et calculis carens.
fontanus fit in Germania hoc modo: hauritur ex sal sis fontibus aqua, ut igne diu excocta in salem cogitur. iisdem notis eligitur quibus marinus.
Mineralem vocant officinae Arabes. Sextus Salem Gemmae, qui veluti gemma rectus in venis lapidum modo frangitur ac exscinditur.

De Sale Gemmeo caput Secundum

Sal gemmae calidum et siccum in gradu
Probatur quod est crystalli modo lucidum, per tenui scindibile, calculi expers et quod in igne iactum non caeterorum modo crepitet, sed ut ferrum ignescat

De Sale Ammoniaco caput Tertium

Sal ammoniacum calidum siccum in gradu reperitur in regione Cyrenaica sub arena distillatum.

Deligatur lucidissimum, friabile ac scindibile./
Fit et factitium, quod pro eo venditur n. concretum ex Camelorum urina./

De Sale Nitro Caput Quartum

Sal nitrum calidum et siccum in 4° gradu: est et causticum fit ex terrae sordibus circa parietes colligitur./
Eligitur substantia lenis, colore candido, spongiosum

De Aphronitro caput Quintum

Aphronitrum est spuma nitri, quae ex nitro concretae dum multa coctione elaboratur. Sed illud vetustum non arte inductum sed nativum creditur.
Eligitur friabile, album, salsuginosum./

De Metallis & iis, quae in auri & Argenti fodinis reperiuntur

Sectio Trigesima quarta

De Auro Caput Primum

Aurum omnium gratissimum metallorum fit ex hydrargyro mundo et sulphure puro, flavo, firmo et rubro aequaliter sibi contemperatis sic rubrum & fulgidum redditur.
Aurum praestantissimum habetur, cui cum adulterinae lapis fuerit admixtum toties molitum, quo ponderosius et colore rutilantius.
Auri fertilissima est arena diversorum fluminum, ut

Tagus

Tagus in Hispania, Padus in Italia./

De Argento caput Secundum

Argentum frigidum humidum in 2º gradu fit in terrae visceribus ex hydrargyro mundo et sulphure puro, claro, firmo et albo, atque tali contemperatione siccum candidum et fulgens redditur.
Eligendum nitidum, splendidum, lucidum et quod facile liquatur./

De Lithargyro caput Tertium

Lithargyrum est metallorum igne purgatorum spuma, fit potissimum in fornacibus in quibus repurgatur argentum ex plumbo argenti concernentia admisto.
Eligendum est aurei coloris declinans ad albedinem, grave, foliatum./
Lithargyrum dicitur auri vel argenti, non quod ex auro et argento paretur, sed a colore hoc, qui imitatur gradu coloris qui ex plumbo separatur fit./

De Aere Usto caput Quartum

Aes est metallum, quod in insula Cypro reperitur unde cyprium dicitur./
Duplex est rubrum quod cuprum dicitur et aureum quod aes dicitur./
Uritur aes in hunc modum: clavi aerei e navibus soluti et corrupti fictili novo bene obturato cum sulphure et sale includuntur, fornacibus inditur, donec sit ustum.
Probatur rubeum et quod attritu colorem cinnabaris imitatur, nigrum nimis vilum est./

Ae

De flore aeris caput Quintum

Flos aeris sunt minutissima grana, quae dumprimum quo aes percolatur per aquam frigidissimam affunditur. Optimus subtilis friabilis, ponderosus, rubidus modicum splendens.

De Aerugine caput Sextum:

Aerugo factitia est ex laminis aeris in aceto acri conditis et Vasis inol et Vasa quae laminis aeris aceti vapore madidis efflorui.
Eligenda lenis, friabilis, viridis, acris, praemordicans.

De Argento Vivo Caput Septimum

Argentum Vivum frigidum humidum est metallum fluidum in fodinis argentariis repertum guttatim per sponte stillans in monte Hydria per illud est naturale. factitium autem fit vel potius extrahitur ex cinnabari: nam facile propriam suam formam amittit prorsum et iterum facile quasi retrogrado redimit.
Eligendum subtile, fluidum, album, clarum per quod impositum carbonibus accensis in continuum argenteam maculam relinquit aureum per non nigram.

De Plumbo Caput Octavum

Plumbum metallum est frigidum et humidum cuius usus in ulceribus curandis et malignis plurimum commendatur: sic autem paratur.
Plumbum in laminas quam tenuissimas ducitur, sive minutissime conciduntur, aceto quam acerrimo immerguntur, macerantur que triduo, —

frumentato

permutato quotidie sic videtur aceto, postea exemptu[m] p[er] igni siccata citra ustione[m] in mortario laborioso terri tur, sic tandem in tenuissimum pulverem redigu[n] tur.

De Plumbo usto Caput Nonum

Plumbum Ustum sic paratur. Plumbum in tenuissimas laminas ducitur p[er] in fictili novo colloca tur quod ~~pulvere~~ sulphure pulverisato conspergendo [illegible] stratum super stratum donec vas impletum sit, fornaci inditur ubi flammam concipit, virga ferrea agitatur donec in tenuissimum pulverem abeat. tunc q[uo]d e fornace extrahere natum [illegible] cujus acrimonia lotione tollitur.

De Plumbagine caput Decimum

Molybdaena s. plumbago fugada maria quam Hydrargyrum ex fornacibus recedentium et in cami ni fundo repertum, quo vi plumbi argentum aurumque expurgatur, Alij volunt esse minerale quoddam fossile quod a plumbo, stanno p[er] argento gignitur.

Sua medica splendida p[er] flava est da cap.^a^ [illegible]

De Chrysocolla s. Borace cap. XI.

Chrysocolla. Calida p[er] sicca est in [illegible] gradu et acri monia quadam donatum.

Boracis s. Chrysocollae duae sunt sp[eci]es nativa una, factitia alia. Nativa est genus nitri fossilis quod in aurarijs, argentarijs et aerarija fodinis reperitur. factitia vero fit ex urina

Pueri

pueri calore solia in aerea pyxide agitata, donec in Ungti consistentiam abeant.
Eligatur durum, sapore nitrosi, cum pauculo amarore, praestans colore, quae sit ex communia, aut reperta in aerariis carpentariis cum ...... fodinae: quae & in pluribus fodinis reperitur minima parte./

De Vitriolo caput duodecimum.

Vitriolum, Graece Chalcanthum Lat. atramentum Sutorium est calidum siccum & mordax etc.
Vitrioli tria sunt genera Primum est stillatitium στακτικὸν sub fin. aqua in quodam fodinarum lacu collectum quod Vase excoctum facile concrescit.
Secundum est Concretum vel ..... Vitriolum et est genus quoddam terrae in terrae cuniculis ac Vasis deinde per se concretum./
Tertium genus factitium est dicitur coctile quod fit ex gleba quadam conspersa maculis pluribus forte rubrigineis, [illegible] ... aquam ... facta, fermentata, solis ardoribus cocta ex qua Vitriolum ..., qui calore solis ... in Chalcanthum abit.
Inter factitia Eligitur Vitriolum romanum, olim ~~aegypt~~ Cyprium, quod ~~....~~ germanico praeferendum, grave, concretum caeruleum vel Viride lucidum./
Fossile Vitriolum est Misy, Sory, Chalcitis, ... particulae, praestans cyprium, quod concrementum accepit ex aqua viridi ..., quae continuo ex ipsius monte stillicidio delabitur in speluncam, albicat minus, chalcitis et sory ...

Sonantem

spontè coagulescit./
Calcanthum vel Vitriolum natiuum tractu temporis in Chalcitin transit, et Chalcitis in Misy et Misy in Sory

De Misy Chalcitide et Sory cap. XIIIum

Misy, Chalcitis et Sory sunt quaedam mineralia ~~in fodinis~~ calida sicca, proueniunt in fodinis vitrioli in montibus Cypri reposita: Atque Misy superiorem locum obtinet, Chalcitis medium et Sory infimum. Vnde facilius transeunt in alterum mutatio./
Misy eligendum commentum, friabilem, durum auro flavo, auri colorem repraesentans, stellae modo splendens, aqua liquescens./
Chalcitis eligenda est aeri similis, friabilis, non lapidosa, non inveterata, intercurrentibus oblongis venis splendentibusque, promptissime liquescens/
Sory eligendum est crassissimum, lapidosum, vel [illegible] compactum, fricando nigrum ut melanteriam apparet, ac scintillas ut misy, in multa foramina dehiscit, olfactu et gustu virus olet, non liquescit, subpingue et adstringens est/

De Alumine caput decimum iiijum

Alumen   est minera terrae in Aegypto et in terra varia reposita, quae propter nimiam coctionem in album colorem degenerat fitque alumen.
Quatuor sunt genera scissum siue fissile, quod

ignis

Igne uritur: aliud plumosum propter similitudinem
pa flammatitum Inuictum manet: plumosum
videtur esse lapis amianthus, qui ligni modo flu-
riminis constat lineis intercussatis. 3um maxime vul-
gare per usuale glaciei aut crystalli modo lucidum,
spissum ac durum, unde alumen rupeum Indice dicitur.
Laudatum liquidum lympidum est.
Cessibile adstringens et album praeferendum, fran-
gibile, leue, non ponderosum, et graui odore./

De Sulphure Caput decimum quintum

Sulphur calidum siccum in 4o gradu est quaedam
genus terrae ignitae in fodinis repertae.
Duplex est sulphur Viuum et extinctum./
Eligendum extinctum, oleosum, pingue, viride,
foetidum
Viuum vero sulphur eligitur splendens, pelluci-
dum non lapidosum, foris colore cineritio, intus
cum frangitur subluteo.
Viuum quamuis sit maioris efficaciae pro ore tamen
non datur./

De Auripigmento caput xvium

Auripigmentum causticum est et res metallica in
mysia Hellesponti fodinis reperta.
Duo sunt genera auripigmenti citrinum et rubeum
Eligendum citrinum cortinacibus squamulis com-
pactum et quod facile finditur et auri colore micans
Aliud est genus glandis effigie pallidum, –
rubeum colore Sandaracham referens, globosum ex
Ponto

De Ponto adfertur & Capadocia quod est laudatissimum./

Nonnulli nostri arsenici tria genera vocant auripigmentum, arsenicum croceum; Sandaracham arsenicum rubrum et risagallum arsenicum album quod quidam volunt fieri ex arsenico et auripigmenti paribus partibus./

De Sandaracha caput decimum septimum.

Sandaracha eodem scripto iisdemque viribus donata est atque auripigmentum atque Graecorum lapis in metallicis venis nascitur./

Eligenda est rufa ad colorem cinnabaris vergens.

Arsenicum, Sandaracha, auripigmentum, risagallum in iisdem fodinis reperiuntur et majori et minori coctione distare videntur. Auripigmentum est a Sandaracha et Sandaracha ab auripigmento sola coctione differunt./

De Cinnabari caput decimum octavum

Cinnabaris mineralis est insigni rubore nitens est multum ponderosa, quae in fodinis argenti vivi reperitur.

Cinnabaris duplex est alia factitia ex sulphure et argento vivo ponderosa lividis velut argenteis et rubris intermista.

Altera est quae in fodinis argenti reperitur ut dictum est venatum in officinis sub forma pulveris eximio rubore nitentis quam alii Cinnabarim, alii Vermilionem, alii minium vocant./

Sandix vero est Cerussa usta, quae ob eximiam rubedinem scriptori minium Ut patet ex Plinio. similiter

minium

minium vocatur
Aliud est Cinnabaris Dioscoridis quae succus est arboris assiccatus.
Ergo tria sunt genera minii 1mum ex Cinnabari alterum ex cerusa 3um ex succo arboris./

De Bitumine decimum Nonum

Bitumen Graecis asphaltos calfacit et exsiccat in 2o gradu est veluti quaedam terrae pinguedo aquis superenatans, quae ad littora eiecta concrescit, densatur ac dura tenacissimaque redditur et facile flammam concipit./
Aliud est bitumen non durum sed liquidum prorsus, oleum petrolarum vocatum.
Eligendum, Iudaicum est quod in fluvio Iordanis fonte subnascitur, grave, nigrum, splendens et validi odoris./

De Naphtha caput Vigesimum.

Naphtha est sedimentum aliis bituminis nihil aliud est quam bitumen illud album, quod 1um effluit, dum transcolatur bitumen./

De Ambaro caput Viges. prim.

Ambarum griseum calidum siccum in 2o gradu bituminis quoddam genus est ex maris fontibus prolucens, procellarum vi in littus delatum, quod adhuc expositum illico densatur./
Eligendum rarum, leve, pingue, cinereum, odoratissimum, gratissimum. Ambarum non potest malaxari, sophisticatum tamen cera malaxatur, -
Ambarum, ambra, succinum, electrum, Karabe

sophistica

De Cerusa caput Vigesimum Secundum

Cerusa refrigerat et exsiccat in 2° gradu et est factitia ex lamina plumbea aceto extracta sic fit
Laminae plumbeae per decem dies suspensae in fictili clauso fimo Vas° fimo sepulto et cooperto in quo sit acetum acerrimum decimo die laminae radantur et crassamentum seu cerusa colligitur et siccatur, teritur deinde, cum aceto coquitur et servatur, ustulo fieri rubra ita candida et efficax redditur.
Uritur cerusa donec colorem rubrum acquirat, sitque non sandaracha, ut quidam putarunt sed sandix, quod minium artificiale est.

De Cadmia caput Viges. Tertium

Cadmia ~~calfacit~~ siccat et adstringit sed non sine acrimonia quam tollit lotio ex aq. rosarum.
Duplex est Cadmia nativa et factitia. Nativa est Lapis calaminaris, qui in montibus Cypri reperitur et Cadmia lapidosa et aeraria dicitur.
Cadmia factitia est recrementum vel fuligo metalli in caminis, lateribus et summo fornacis aerariae affixum et officinarum Tutia est cuius scilicet fictitiae triplex est diia (1.ª Botrytiae 2.ª placitae. crustosa 3.ª ostracitiae) testacea.
Eligenda est racemosa, densa, modice gravis, colore spodii vel ad blanceditatem tendens.

De Pompholyge caput XXIIII

Pompholyx refrigerat, adstringit et exsiccat. –

Est

est vera Arabum tutia: est a pompholyx favilla metalli, quae in altum evolans stetit fornacis aerariae parti.
Eligenda levia, friabilia, subalbida.
Pompholyx officinarum non est vera pompholyx sed potius cadmia factitia.

De Spodio caput Vigesimum quintum

Spodium iisdem pene viribus praeditum est quibus Pompholyx sed paulo efficacius ~~est quod ex crassioribus favillis, quae in fornacum pavimentis sediderunt~~, succedit.
Spodium triplex est Graecorum, Arabum et officinarum.
Spodium Graecorum est favilla e metallo dum coquitur emicans et pavimentis officinarum propter levitatem affigitur. et hoc in usu est max.
Arabum spodium fit ex radicibus indicae arundinis combustis.
Spodium officinarum seu antispodium est ebur combustum.

De Stibio caput Vices. Sextum

Stibium s. antimonium valenter adstringit et refrigerat est mineral. in fodinis Germaniae nascitur.
Stibium optimum est splendidissimum, emicans et confractu crustosum et friabile.
Vir. quae vero plumbo est similis.
Ex stibio paratur oleum et vitrum medicamentum purgatorium

est

De Lapidibus Pretiosis Sectio Trigesima Quinta

De Smaragdo Caput Primum

Smaragdus sicut et caeteri est gemma frigida et sicca et temperativa.
Duplex est smaragdus orientalis et occidentalis.
Eligendus durus, purissimus, splendens, pellucidus, unicolor et qui jucundus est et plurimo viriditatem oculis objicit pro medicina substituitur l. 2. c. ~~42~~ et 51.

De Sapphiro caput Secundum.

Duplex est sapphirus albus et coeruleus.
Eligendus coeruleus, durissimus, splendens, colore coeli Boodt l. 2. c. 42 et sequentibus./

De Rubino caput Tertium

Eligendus ~~durus~~, splendidissimus, flammeus, radijs fulgens. Boodt l. 2. c. 10 et sequentibus./

De Granato Caput Quartum

Eligitur rubens, obscurus, species est rubini vocatur a quibusdam rubinus subniger dictus. Boodt l. 2. c. 23 et sequentibus./

De Sardio Lapide s. Corneolo c. 5.

Eligendus non pellucidus sub rubedine quadam dilutus

diluitur p carnis colorem et praestantiam Boodt l. 2. c. 80. p sequentibus./

De Hyacintho caput Sextum

Eligendus hyacinthus durus, eleti colorem et fidelem, magis tamen p flavo splendens. Rubinus dicanti aquibusdam est. Boodt l. 2. c. 29 et sequentibus./

De Topasio caput Septimum

Eligitur pulchro splendore nitens p lumen facile admittens, qui in aquam ferventem injectus eo modo bullire impedit sed ita tempestum mundam manus suo lasio immitti posse. Boodt l. 2. c. 65. et sequentibus./

De Turchesia S. Turcoide cap. 8.um

Eligenda quae cyaneo et Viridi colore videtur elegantiae permixta.
Ejus loco Smaragdus ponitur in electuario de Gemmis Boodt l. 2. c. 114. p sequentibus./

De Magnete caput Nonum

Magnes, Lapis Herculeus, lapis nauticus, optimus habetur distinctus non admodum grandis et qui ferrum facile trahit, colore caeruleo ad nigredinem vergente.
Alius niger, alius subruffus et cum scobe ferri limatus./ Boodt l. 2. c. 241.

De Lapide Bezoardico cap. decimum

Bezoar Lapis est qui in cornibus caprae

cornutae

cornuta sylvestria dicatur fra ... et ...
tia. /
Lapis bezoardicus is opt. prescribitur qui magni
fra glandia, tactu lavia, colore ex viridi nigri
cante, in medio concavus. Boodt l. 2. c. 181. et
sequentibus. /

De Margaritis caput Undecimu

Margaritae parvae sunt fundum margaritarum
... ... si crassae et ponderosae Uniones ap
pellantur qui singuli in singulis Conchis reperi
untur. /
Eligendae sunt orientales, magnae, corpulentae, or
biculares, tactu leves, albae et nitidae Boodt l. 2. c.
76. et sequentibus. /

De Iaspide caput Duodecimum

Iaspis est lapis qui ... imitatur colores,
reperitur et viridis ex quo lapide vasa marina
quae porcellana vocant conflantur reperitur
et iaspis rubra. /
Eligenda quae sanguinis instar per totum corpus absq.
alio colore rubet, Boodt l. 2. c. 100. /

De haematite caput decimu Terti.

Optimus is censetur qui durus, friabilis, simp
lo ... aequalis, colore cinnabaris Boodt l. 2. c. 225
& sequentibus. / ... ... /

De Lapide nephritico & Amethisto
Caput decimum Quartum

Vide

Vide de Lapide capite 108. 9. et 10 l. 6. sui Anselmi Boetij Boodt et cap. 32. 3. 4. et 5. l. 2. eiusdem auctoris ubi de ipsa fuse agit./

De Pyrite caput decimum quintum

Pyrites s. pyrimas siue obligatur etiam simi litudine scintillans, et qui melle irrigatus videtur. vide Boodt l. 2. c. 280./

De Smiride caput decimum sextum.

Smiris lapis est ferrugineo ad nigredinem tendente colore adeo durus, ut [illegible] et ad gemmas scalpenda et ad vitra adamantis instar scindenda et ad arma expolienda utuntur./

De Cristallo caput decimum 7mum.

Eligendum durissimum, purissimum, album, clarum, splendens./

Ex cristallo fit oleum arte chymica praestantissimum calcinato ad [illegible] exhibitum cum aq. eiusdem et ad dealbandos dentes plurimum commendatur. Boodt l. 2 c. 73. ~~74~~ 74. 75. et sequentibus

De Gagate caput decimum octauum

Gagates s. Lithodemum et succinum nigrum dictum Eligitur consistens, leuis, niger, qui [illegible] accenditur et odorem bituminis reddit Boodt l. 2 c. paleas attrahit succini instar ad se prolectat. Boodt l. 2 c. 163. 4. 5. 6. et sequentibus

De Lapide Judaico caput XIX

Lapis iudaicus et Syriacus dictus lapis est et olivae glandis effigie candidus et lineis inter se aequalibus sibimet longitudinem excurrentibus

distinguitur

distinguitur Boodt l.2. c. 226. ꝑ

De Lapide Ætite, daugls. capu. xxiiii

Est lapis qui in aquilarum nido reperitur./
Eligendus subrubicus, nitens stepunt Boodt l.2.
c. 186. 7. 8. 9.

De Opalo capu. Viges. primum

[illegible] oculus cati opalus di.
Eligendus est Varius per se colores aliarum
gemmarum in se continens. Boodt l.2. c. 46.
7. 8. 9. et 50./

De Spongija capu. Viges. secundu

Duæ sunt spongiarum species mas quæ [illegible] ꝑ
fœmina, quæ [illegible] ꝑ fungosa est. ꝑ flava su.
eligenda.
cux spongia fungus marinus est. ℞

De Marmore cap. xxiii. ꝑ Vltimu

Marmor dividitur in Jaspium, alabastrum,
ꝑ porphyrium. differunt colore et duritie. –
porphyrium durissimum est: marmor est reperi
tur album ꝑ nigrum.
Solum Jaspius Vsu est in medicina facultatis
Boodt l.2. c. 266. 7. &c./

– finis

Index in Tractatum de Medicamentorum Delectu.

A

B

Bitumen

Bitumen
Blatta bizantia
Bolus armena
Borax
Brassica marina
Brionia

C

Calamus aromatic[us]
Calcantum
Cadmia
Cancri
Canella
Cantharides
capsula
Caranna
Cardamomum
Carnes
Carpesium
Carpobalsamum
Carthamus
Caryophylli
cassia fistula
Cassia lignea
Cassutha
Castoreum
Cataputia
Centaurium
Cera
Cera virginia
Cerebella
Chalcitis
Chamaelea
Chrysocolla
Cynae radix
Cinnamomum
Cinnabaris
Cnicus
Coagulum
Coclea marina
Colocynthis
Coccus baphica
Corallus
Costus
Cochealis scorpentosa
Cristallus
Crocodylus terrestris
Colophonia
Cubebae
Cucumis sylvestris
Cuscuta
Cyclaminus
Cynosorchis
Cyperus

mumia

Saccharum candi
Sanum
Sagapenum
Sal ammoniacum
Sal nitrum
Salinca
Salsaparilla
Sandaracha
Sandix
Sanguis hirci
Sanguis catinum
Sanguis Draconis
Santalum
Sapphirus
Sarcocolla
Sardius lapis
Sassafras
Satyrium
Scammonium
Schoenanthum
Scincus
Scorpiones
Scylla
Sebesten
Semna
Serum lactis
Siniria
Smaragdus
Soldanella
Sory
Sparthum
Spica nardi
Spodium
Spongia
Stacte
Stibium
Stachas
Strobili
Styrax
Succinum
Succinum nigrum
Succ. liquiritia
Sulphur

T

Tachamacha
Tamarindi
Tartarum
Terra arundia
Terra tortiaa
Terra sigillata
Terra Thymelaea
Testicul. Canis
Taurium
Therebintina
~~Thimelaea~~
Thus
Thymelaea

Thymus
Tragacantha
Toposinx
Tormentilla
Turbith
Turbithia
Turpethum
Tuthia Arabum
Tyrnx

V

Vinum
Vipera
Viscum quercinum
Vitia alba
Vitiolum
Vmbilicus marin⁹
Vnguia odorat⁹
Vnio
Vsnea

X

Xyloaloe
Xylocassia

Z

Zedoaria
Zibetum
Zinziber
Zopissa
Zyzypha

finis


p. 472

Brevis ac Compendiosa Anatomica Enarratio

Quid Pars

Anatomiae subiectum est Pars.

Pars est corporis toti cohaerens communi vita conjuncta, ad illiusque functionem usumque comparatum. Partis definitio

Quid in qualibet Parte spectandum

Tria. Structura, Actio et Usus. Structurae nomine intelligo ea quae partem constituunt: suntque Substantia, temperies et Conformatio: Conformatio consistit in symmetria figurae, magnitudinis, numeri et situs: ad figuram referuntur superficies, meatus et cavitates: ad situm: sedes partis et connexio cum aliis. /

Actio est ... motus est partium factivarum [?] motus agentis: Actionis definitio

Actiones aliae sunt communes ut nutritio: aliae propriae, eaeque vel sunt principes, vel principibus ministrantes. /

Usus est aptitudo quaedam ad agendum. Usus definitio

Partium divisio in Principes et ignobiles

Pars princeps est quae ad individui conservationem est absolute necessaria: et quae facultates toti largitur: vel ... eadem ... partis principis definitio

Utque ratione tres sunt tres partes principes Cerebrum Cor Hepar. partes principes quae

Ignobilium partium aliae sunt definitae [?], aliae praeparantes, evacuatoriae aliae propriam partium [illegible] dicata partium ignob. divisio

Dicata./

Partium Corporis divisio

partium divisio — Partes dividuntur in similares et dissimilares.

partis similaris definitio — Pars similaris si ~~[illegible]~~ materia consideretur, ~~definit~~ definitur qua in partes specie easdem ~~[illegible]~~ dividitur. si ~~[illegible]~~ forma s. figura spectetur definitur qua undique uniformem est figuram./

partes similares ossa — Partes similares ossa posita et videtur in ~~ipsa~~ [illegible] calidi frigidi humidi et sicci ipsae. Unde ipsius sunt partium similarium et est quae est πρῶτον δεκτικόν primoque virium qua ... agit et patitur, quaecunque agit et patitur sunt similaria ut similari[illegible] est.

partis similaris usus — Usus et necessitas partium similarium duplex. Ut ex his fiant dissimilares: 2. Ut sint sedes virtutum specificarum./

partium similarium 1a divisio — Prima divisio partium similarium est ~~[illegible]~~ philosophica in siccas et humidas. rursus siccae vel sunt proprie sic dictae, quae scil. suapte natura, suis terminis continentur, vel molles, quae suis terminis magis continentur. Siccae sunt quarum superficies compressa difficulter vel nihil cedit, atque solida appellantur. Quarum duo sunt genera: aliae enim sunt fragiles, quae flatu suo partium dissolui nequeunt, ut ossa: aliae lentae sive ductiles, quae flatu ... dissolutae sunt./

2a divisio — Secunda divisio est medica a sensibilibus et materialibus principiis petita; unde aliae sunt spermaticae ex ~~sanguinea~~ seminio ~~[illegible]~~ immediate genita: Carnosae quae ex sanguine.

spermatic. partium — Spermaticarum aliae fiunt dum via procreatrix agit in

seminia

partibus quae tenaciora et Capax ut hae sunt membranae, diuisio
vena, arteria, nervi: aliae duritiem quae convoluti
oni et opportuna ut hae sunt ossa et cartilagines Ubi-
que pinguia plusquam glutinosi compositi, ossa sunt
et Cartilagines.

Carnosae partes triplices sunt quoad pro diversitate Carnos. partium
carnis ex qua componuntur: caro alia est diuisio
proprie dicta caro, alia παρέγχυμα, alia denique
est singularium partium caro.

Tertia diuisio est in Communes et Proprias: Com 3a diuisio
munes sunt, quae plures et dissimilares partes
compositas constituunt: eiusmodi sunt ossa, Cartilago,
ligamenta, membranae, caro, nervi arteria Venae, ex quibus
priores 5 eiusmodi similares sunt, posteriores similibus.
Propria sunt quae unam tantum partem sub-
stantiam qualem alibi nullam reperias, constituunt:
eiusmodi sunt Medulla Cerebri, crystallinus oculi &c.

Pars dissimilaris est quae in partes dissimilares na- Partis dissimil.
turae et diuersae speciei diuiditur dicitur organica per definitio
antonomasiam quia in ea perfectior est actio.

Organum definitur a aliis pars quae perfectam, et organi definitio
propriam edere actionem potest.

Organorum 4or sunt ordines. Primi ordinis organa organorum species
sunt simplicissima quae ex solis similaribus constant,
ut musculi. 2. quae ex 1ia ut digiti. 3. quae ex
2da ut manus. 4 quae ex tertijs ut brachium

In perfectissimo organo 4or obseruantur partium partium organic.
genera. 1um earum est a quibus primario editur ~~species dicta~~
actio quibus perfecta potitur facultas, propterea 1a diuisio

duo

duo principes organi partes. Quidam primae s[unt]
earum ~~sunt~~ quibus actio ~~ditur~~ non fit sed fa-
cultatis necessitatibus inspicimus ~~[illegible]~~
[illegible] Tertium, per quae melius editur actio. Fa-
cultatis perfectionibus inspicimus. Quartum iuvantes
duo. postremum, quae actiones construunt. Sic fa-
cimus ut [illegible] hoc [illegible] agunt quo ad actiones di-
rigantur, non quatenus actio est simpliciter, sed
ut perfectionem debet.

2a divisio part. dissimilarium — Secunda divisio partium dissimilarium est in pro-
les dissimilares. 1° natura instituto. alii per partes
dissimilares [illegible].

Reliqua partium Divisio

partium alia divisio — Partes aliae proprii earum sunt: aliae a principibus
oriuntur eisque subministrant: aliae innatae sunt
facultates, cum ut aliorum [illegible] perfectionem ut
aliunde [illegible]. Hunc postremo partes quae et
influunt & influentes sunt ~~facultates~~ vires.
Partes aliae sunt carnosae aliae spermaticae: aliae
calidae; aliae frigidae: aliae humidae, aliae siccae: aliae
molles, aliae durae: aliae mobiles, aliae immobiles: -
aliae denique sensu praeditae, aliae insensibiles. Sensus
quae sentire pollent vel illum sunt acquisitum,
vel primo [illegible]. Acquisitum vero duo-
partes tribus modis; vel ob sensus perfectionem;
vel quia [illegible] quae sensum ferunt, cum in
[illegible] occurrentibus [illegible]
facilius

facilius laeditur. Vel quia peculiarem et determinatum
sedem sortitur quam alibi reperire non licet.
~~Partes aliae sunt publicae~~ dein corpus dividitur in pu-
blicas et privatas regiones, publicae tres 1a. 2a. 3a.

Liber Sdus

Quid sit os C. 1.

Os pars est flavia omnium siccissima et frigidissi- ossis definitio
ma, ex seminis crassamento terreo, pinguis a vi
formatrice, per caloris vim genita, ad totius sta-
bilitatem, rectitudinem et figuram.

Ossium Differentia C. 2.

Prima ossium divisio petitur a duritie. Unde Ossium 1a
ossium alia sunt durissima; in dentibus alia mollia ut costarum divisio
ut mandibula: alia dura simpliciter ut caetera.
Secunda divisio a quantitate desumitur. Unde alia sunt 2a divisio
magna: alia parva: alia brevia. alia longa. Lata,
ampla, angusta, crassa et tenuia.
Tertia divisio a figura depromitur. Unde alia 3a divisio
sunt plana, ~~alia vel~~ rotunda alia, trilatera, qua-
drilatera: sunt quae scaphae, cubi, malleoli, incu-
dis, stapedis similitudinem referant. Alia sunt ~~solida~~,
~~non solida~~, Laevia, aspera. Alia solida alia non
~~Quarta divisio a situ~~ solida. Solidorum alia
omnino apparent solida ut nullae sint aut saltem inx
sensibiles sint cavernulae: ~~alia~~ ut ossa auricu-
larum et nasi; alia foris quidem videntur
solida, sed intus effracta multis foraminibus.

Solidia

Solidia opponuntur quæ conspicuum sunt cauita tem: in hac μυελὸς est medulla continetur, in illa χυμὸς est succus.

Quarta divisio Quarta a situ petitur ~~Sdæ~~ Sctna nor et ~~Sctna~~ Sdæ et Consortio intelligitur: si sedem spectaveris alia sunt superiora, alia inferiora, alia antica et postica. — Si Consortium cum aliis partibus, alia pro munimento, alia pro vincula, alia pro Cartilaginis cum vicinis partibus committuntur.

Quinta divisio Quinta a sensu. Unde quædam sentiunt ut dentes; reliqua omnia sensu carent.

Sexta divisio Sexta alia perfecta gignuntur: alia imperfecta a primo ortu apparent ut Capitis ossa.

De partibus ossium et quorundam vocabulorum Explicatio C. 4.

Habent ossia triplex est. epiphysis, os et apophysis.

Epiphyseos definitio Epiphysis Latinis appendix, additamentum, annexum, appendix definitur os per se, toti ossi per symphysim ~~annexum~~ (qua est sine medio) annexum.

Epiphyseos usus 1. Epiphyseos usus multiplex est. primus ut in medullosis ossibus quæ reoida sunt et χαῦνα i. cava et laxa vicem gerant operculi ne effluat medulla.

2. Secundus usus ad firmiorem articulum

3 Tertius ut per hæc ligamenta oriantur quæ vel ossa

ossa Connectant vel musculorum tendines efformant./ 9

Quarta Ut sit medium ad ossium Symphysin./ 4 9

Quinta Ut ossis fractura sistatur./ 5 9

Sexta ad articulare Consolidandum./ 6 9

Septimam quidam assignant Ut sint tanquam Vasculis ossium in quibus coquatur ossium alimentum quod similiter in eorum Cavernis percolatur./ 7

Απόφυσις, ἐξοχή, προσβολή, ἔκφυσις Latinis eminentia, productio, protuberantia, projectura, processus, definitur pars ossis legitima extuberans ossi protinus et extra superficiem planam extuberans./ — *apophyseos definitio* — *apophyseos usus 1. ut musculorum ligamentorum insertioni. 2. ut pugnaculi vicem gerat.*

Epiphyseos et apophyseos triplex est differentia Caput Cervix et mucro. — *Epiphyseos et apophyseos differentia*

Caput Graecis κεφαλή, κεφάλιον dicitur cum rotunda tuberositas protuberat. Caput rursum duplex est oblongum et depressum κόνδυλον vocant./ — *Caput quid*

Cervix Graecis αὐχήν dicitur quod post caput eius proprio similiter dilatatur. in hoc differt a capite quod Caput sit ut plurimum epiphysis, Cervix semper apophysis. — *Cervix quid*

Mucro Graecis κορώνη, κορωνὶς et κορωνοὶ est cum os in acutum protuberat. Mucro multiplex est — *mucro quid* — *Mucronis differentia*
1o Styli similitudinem refert dicitur στυλοειδής. 2o — 1
aut γραφιοειδής. 2o anchorae dicitur ἀγκυροειδής. — 2
3o rostri Corvini dicitur κορακοειδής. 4o mam- — 3 - 4.
mae refert et dicitur μαστοειδής. 5o qui ad summum — 5.
orbem labrorum instar prominet et summa profundi
talem augent. Labra latinis [illegible] supercilia, Graecis ὀφρύες, ἄμβωνες, χείλη, ἴτυες dicuntur/

Cavitatum dvo   πατ βαθμίδων Libri Sdux

Cavitatum dua sunt dria vel profunda sunt, vel superficiaria. illa κοτύλαι et κοτυλίδες dicuntur vero γλήναι et γληνοειδεῖς appellantur.

Os: epiphysis — caput (oblongum, depressum); cervix; mucro (συλοειδής, ἀγκυροειδής, κορακοειδής, γλαφοειδής); labra et superciliu
ar
apophysis — caput (oblongum, depressum); cervix; mucro (συλοειδής, ἀγκυροειδής, κορακοειδής, γλαφοειδής); Labra et superciliu

Cavitas: profunda; superficiaria

De ossium structura et connexione in Universum
Cap. 5.

Cum corpus Sanum pluribus constat ossibus ad motuum varietatem, δυσπάθειαν, fumidorum vaporum transpiratum, partium discrimina, vasorum ingressum, oportunum.
Ossium ista compages σύνταξις, σύνθεσις et σκελία. Unico a nobis σκέλετος dicitur.
Compositionis modus duplex est Articulatio et Symphysis. Articulatio
Articulatio, Compages, commissura, structura, brevia et συμβολή ἄρθρον definitur naturalis ossium structura in qua duorum ossium extrema

tangunt. ita ut tota articularia ossa in contiguitate posita sit./

Articulatio duplex est diarthrosis, ~~motus~~ et synarthrosis. 1a cum motu est manifesto: posterior sine motu vel certe obscuro.

Diarthroseos tres sunt species, enarthrosis, arthrodia et ginglymos.

Enarthrosis est cum excipiens cavitas admodum profunda est, caputque quod in eam inseritur oblongum ~~profundum~~

Arthrodia, cum cavitas est superficiaria et caput depressum.

Ginglymos est quando os idem excipit et excipitur. qui ginglymos duobus modis fit vel idem os ab unico osse excipitur et excipit simul. vel excipit unum et excipitur ab alio./

Synarthroseos tres sunt species ῥαφή, ἁρμονία et γόμφωσις. praeter tres alteras species enarthrosis, arthrodia vel ginglymon

ῥαφή s. sutura, compositio est consutis similis, eaque duplex est s. vera quae graece προσνάδης dicitur et ad unguem s. εἰς ὄνυχα.

Harmonia articulatio est per simplicem lineam rectam obliquam aut circularem./

Gomphosis est, cum os ossi clavi modo infigitur.

~~Nextura s. iunctura est quae fit ossium mutua symphysis est. ... Confirmatur s. ... et cartilaginem, et diarthrosis~~

Symphysis definitur ἕνωσις ὀστῶν φυσική.— per quam ossa, quae duo erant, continuantur et unum fiunt. ita ut duo ossia tota polita sint

in

Contiguitate /

Symphysis duplex est cum medio et sine medio
Medium illud triplex est membrana, ligamentum, cartilago
et caro: sine his symphysis dicitur συγχόνδρωσις
συνεύρωσις et συσσάρκωσις. /

Ossium synthesis 2. modis fit.
- articulatio quae duplex est
  - diarthrosis
    - enarthrosis
    - arthrodia
  - media
  - ginglymodi
    - vel idem os ab unico osse excipitur et excipit simul. /
    - vel excipit unum et excipitur ab alio
- symphysis quae duplex est.
  - sine medio
  - cum medio

Ossium synthesis 2 modis fit

- Articulatio quae triplex est
  - diarthrosia
    - enarthrosis
    - arthrodia
    - ginglymos
      - Vel idem os ab uno eo osse recipitur et recipit est.
      - Vel recipit unum et recipitur ab alio
    - sutura
      - serrata
      - ad unguem
    - harmonia
  - ~~[illegible]~~
  - synarthrosia
    - gomphosia
    - enarthrosia. arthrodia
    - et ginglymos
- Symphysis quae duplex est
  - cum medio
    - synchondrosia
    - syneurosia
    - syssarcosia
  - sine medio.

Ossium omnium humani Corporis

divisio et Enumeratio

Caput sextum

Liber. Sdua

- Σκελετός
  - Caput
    - calua
      - propria
        - ossa frontia s. frontale
        - occipitia s. occipitale
        - syncipitis duo
        - temporum duo { stapes, incus, malleolus,
      - coïa
        - sphenoides
        - ethmoides
    - facies
      - maxilla superior XI
      - maxilla inferior II
        - vtrinq insident summi dentes XVI
          - 4or τομεῖς s. incisores
          - 2. κυνόδοντες s. canini
          - 10 γομφίοι καὶ μύλαι s. molares
  - Truncus
    - spina
      - ceruix { 7. vertebrae sed os yoides
      - dorsum { 12. vertebrae
      - Lumbi { 5. vertebrae
      - os sacrum { 4or vertebrae vltimum coccix dr.
    - costae
      - vij verae
      - 6. spuriae
      - quae annectuntur
        - sterno
        - omoplatae
        - claviculis
    - ossa innominata
      - Ilium
      - ischium
      - pubis
  - artus
    - manus
      - brachium
      - cubitus
        - radius
        - cubitus
      - extrema manus
        - carpus { 8. ossa
        - metacarpus { 4or ossa
        - extremi digiti { 15 p sesamoidea
    - crus / pes
      - femur
      - tibia { perone, tibia, patella
      - extremus pes
        - pedium { 7. ossa
        - metapedium { 5. ossa
        - digiti { 14 ossa cum sesamoideis ~~[illegible]~~

De Cranio Caput VII.

cranium
Calua Caluaria. 6. κράνιον cranium, cranium est.
Crassum q. vt potius occursantibus iniuriis cum crassu
ia obsistat: rarum, ne pondere grauaret: ut cerebru
Succum pro alimento contineret, et ad vaporum
transpirationem.
Os, ex parte duplici constat lamina s. tabula
Cuius crani media substantia διπλοη, p. meditullium
de
Nalia crani figura rotunda est ad capacitatem, figura
Subrotundior et faciliorem motum. oblonga est ut
Cerebrum et Cerebellum continerat: protuberans
anteriore parte, ob apophysis mammillares,
posteriore ob spinalis medullæ exortum et Cere
belli situm; comprimuntur ad latera, sed magis
anteriora versus, tum ut posterior pars ... ve
lut in æquilibrio supra dorsum, cum anterior
pars ob maxillæ superioris ossa sit grauior; tum
qa in ea figura constituuntur sinus, tum qa non
sunt ossa impedimento oculis in alterutrum la
superior
tus conspicturis. Crani externi pars læuia est;
externi inferior s. basis ~~inferior~~ inæqualis admodum, interni su
perior pars inscriptus et venarum et sinus
quamplurimos qui non nihil inæqualia indu
cunt; inferior, valde inæqualis est

De Crani Suturis Caput VIII.

Crani suturæ aliæ sunt propriæ, communes aliæ. ~~ut~~ Suturæ quoque
Propriæ sunt quæ ossa crani a se inuicem secer-
nunt, Harum aliæ sunt veræ, spuriæ aliæ
Veræ

Suturae verae quot — Verae sunt tres sagittalia & coronalia. Arabes avena-
lem vocant & puppis. 2a ὀβελιαῖα, ῥαβδοειδὴς Pa-
ulo ἐπιζευγνῦσα & Latinis sagittalis & vulga-
ta dr. 3a λαμβδοειδὴς & ὑψιλοειδὴς dr. sunt qui
Laudae & prorae suturam vocitant.

Spuriae quot — Spuriae duae sunt, quae προσκολλήματα λεπιδοειδῆ
appellantur & squammosae temporales etiam dici solent
& corticales Hipp. ῥαφὰς appellat.

Com. suturae quot — Communes sunt quae calvam a sphenoide, ethmoide & [illegible]
bena superiore dirimunt & ea tres sunt 1a

occipitalis — Occipitalia ossa a sphenoide linea transversa discludens
ad calvam temporum fertur, deinde cum sutura [illegible]
& ad posteriora [illegible] delata ad palati viciniam par-
tes usque procedit totumque os cunei forme circumdat.

frontalis — 2a quae Calvam temporum prodita, ad oculorum sedes procedit,
perque eas tendens juxta nasi medium jungitur, maxi-
llam superiorem dividit a fronti. 3am [illegible] additam
quae frontis ossa a cribroso discernit.

Suturarum usus — Suturarum usus alii sunt primarii, secundarii alii.
1arii sunt duo 1us ut dura meninx cranio firmetur &
ita suspendatur, ut cerebro ejusque ventriculis am-
plior aliquatenus capacitas. Idem suturarum
usus est ad liberam fuliginum transpirationem.
Secundarii usus sunt varii 1us ad vasorum quae cra-
nium & pericranium irrigant exortum. 2us ut dura me-
ninx fibras exteriorsum mittat ad pericranii exortum.
3us ad διαπνοὰς. 4us ut medicamentorum [illegible] via
altius penetret.

De ossibus frontis cap. IX.

Nomina varia — Os frontis a Graecis μέτωπον dr. Barbari coronale
vocant

vocant, puppia ex p̄ muto eundum
figuram h̄t semicircularem externa q. parte Laevem p figura
politam, interiore inaequalem, superna protuberantem,
inferna excavatam ad oculorum tutelam.
Substantiam obtinet satis crassam in superiore lū oculi substantia
orbita p supra supercilia ex tenuior est./
Circumscribitur superiore parte Sutura Coronali, circumscriptio
inferiore 1a 2a 3a Sutura./
Multa in hoc osse observantur 1um fronte duplex, seu fronta duplex
priori, in orbita partem valli instar constituunt: deinde foramina
foramina duo in superciliorum sede 3o fossa interna fossa
duplex. postremo sinus amplissimi inter duas squamas sinus
max laminas, ad supercilia locati, fibris osseis
squammulisq discreti, qbus corpus molliusculum p
medullosum membrana viridi obductum continetur.
horum sinum usus est ut vox reddatur canora p sinuum usus
aer elaboretur ad alia sensus gratiam p expurgatum

De ossibus syncipitis c. x.

Ossa syncipitis duo sunt a Barbaris parietalia dicta nōa varia
ab alijs ossa verticis a graecis ... τῦ βρέγματος
Ossa syncipitis sunt quadrilatera, posteriori parte figura p cir
Lambdoide, anteriori coronali, superiori sagittali, cumscriptio
inferiori squammosis suturis [illegible]./
Varissima sunt hae ossa & debilissima, qa caput hac substantia
parte plurima expir. vaporat, ob pluis & hac [illegible]
parte venas p arterias
Superficies horum ossium externa laevis, interna vo figura
aliquatenus inaequalis est./

De ossibus temporum c. XI.

Ossa temporum duo sunt ad suam quodq auriculam nōa varia
graecis κροτάφων, κορσῶν & κορρῶν dicta.

ossa

figura et circũscriptio — Ossa temporum circularia ~~sunt~~ circumscribuntur superiore parte squammosa sutura, posteriore lateribus lambdoidis additamentis, anteriore ea, qua capiti cum osse sphenoide est commune.

Ossium temporum pars superior squammosum os dr: inferior λιθοειδὴς vocatur os petrosum et lapidosum.

conformatio processus qui — In his ossibus processus tres insignes, cavitates duae commemorabiles et foramina quaedam observantur.

+ musculorum capitis flectentium insertioni dicatus — Processuum 1us ~~fert~~ μαστοειδὴς dr. Alter στυλοειδὴς, γραφιοειδὴς, βελονοειδὴς et πλῆκτρον dr. 3us pectinum Zygomatis constituit.

Cavitates — Cavitatum alia externa est, in quam maxillae inferioris caput inseritur: altera interna, quae πόρον ἀκουστικὸν i. meatum auditorium constituit.

foramina — Foramina duo alterum carotidi arteriae ingressum, alterum nervo quintae conjugationis exitum praebet.

De Temporum Cavitate et ossiculis in ea existentia C. XII.

Temporum interna Cavitas 4or constat meatibus.

1us meatus auditorius sortitur tympanum a tenui membrana durae meningis. — Primus foris obvius spiralis, tortuosus et rotundus, angustus et obliquus sursum fertur. in cujus extremo s. extimo quod est membranosum tympanum vocatur.

2 — 2us Aristoteli concha, Vesalio pelvis, Fallopio tympanum aliis continet cavernaculum. in hoc sunt fenestellae duae et tria ossicula malleolus, incus et stapes.

malleoli incudis et stapedis articulatio. — haec ossa ita articulantur ut malleolus suo processu membranae appendeat, tuberculo suo incudis cavitati inarticuletur. Incus duobus cruribus finitus quorum brevius meningi affirmatur, longius stapedi obligatur. stapes basi sua latiuscula fenestrae

ovali

ovali immissus, summo p acuto apice mendum minimum tubterculum excipit. Tria sunt ossiculorum impletantur, chordae cujusdam tenuissimae opa quae attenditur.
Sonum ossiculorum usus est, distinctio sonorum et ut spectantur munitia patent, via.
Tertia Cavitas Labyrinthus dr, cujus usus est ut sonus in per augusta transeunt loca acutior fiat nec dissipetur. 3
Quarta cavitas cochlea dr sunt qui foramen coecum appellant. 4

De osse Occipitia c. xiij

Occipitis os prora p memoria os vocam, Graeci vero Ἰνίον
Sinus ossis figura inaequalia est ad Romboidem prox figura accedens, s. est sunt latera qua circulares duae lineae, quae in acutum terminantur.
Circumscribitur os ex parte triquetra sutura: inferiore circumscriptio est cum illa linea determinatur.
Validissimum est istud os, quod in ea parte 4 sinus omnium sedentia nobilissimae sitas sit, et propter spinalis medullae et nervorum exortum. huic ut ex posteriora occursantibus nimirum obsistat quae manibus propulsari, oculis praecaveri non possunt.
In hoc osse observantur processus, sinus et foramina.
Processus interni et externi sunt plurimi sed duo per processus sextum observantur, qui in cavitates (i spondyli insertur quae Gal. coronas vocat. qui instar glandium sunt expressi.
Sinus 4or sunt, duo fossarum instar maximi omnium, sinus cerebro continendo dicati; sunt p. laterales duo oblongi et angusti, canalium fere exprimentes, in quos duae duriores membranae sinus vasorum vicariorum conduntur foramen (mum adest omnium amplissimum et minimum; foramina quo

medulla à cerebro in spina fistulam delabitur. Sunt 4or alia, quorum duo septimo neruorum pari exitu praebent, alia duo venae et arteriae iugularibus per foramina transuersaria cervicis ... ascendentibus viam ad Cerebrum patefaciunt. Quod et neruo 6ti coniugationis singulari utrinque dicatum est foramen utriusque ossi, temporum scil. et occipitis commune

De osse Sphenoide c. xiv

Noãa Varia — Os σφηνοειδὲς sic dictum ab insertionis modo, barbari basilare vocant, alij πολύμορφον .i. multiforme. Arabes os colatorij.

Situs — Situm est in basi platerbus Caluariae.

connexio — Committitur occipiti, cui illa per transuersam ... suturam, deinde longo tractu attingit ossa temporum ad supra ... angulum bregmatis: ossa frontis ... communi sutura ... ipsius superiore ossa max. orbita partes constituentia tangit per processus πτερυγοειδεῖς ossa palati.

configura — Totum hoc os admodum inaequale est.

processus — Processus ... sunt duo πτερυγοειδεῖς. internum χελωνοειδὲς, sellam alij Vocant.

foramina — foramen multiplex est. 1mum optico neruo exitum praebet. 2um neruis oculum mouentibus, arteriae Venulisque exiguis, 3um per ... et rotundum, potius quinti paris in cro-taphitem musculum transmittit. 4um tertio et quarto neruorum paribus est destinatum.

Sinus — duos sinus habet

De osse Ethmoide c. xv.

Noãa Varia — Os ἠθμοειδὲς .i. cribriforme σπογγοειδὲς .i. Spongiosum appellatur.

Situs — Situm est in media frontis basi ad summam nasi radicem-fortius, narium totam fere cauitatem opplens.

diuisio — Triplici constat parte os Ethmoides. cribrosa, qua capiti

Capit, 2ª spongiose, qua narium cavitati. 3ª plana ac lata, qua oculorum orbitæ committitur./

Quarum cribrosa multis scatet foraminibus quorum usus foraminum usus primarius est duplex ad aëris inspirationem et ad odorum spirituum receptionem. Narium ad spongiosum cerebri, unico constat processu quem processu quem costam galli vocitant (cujus usus est ut firmet processum meningis cerebrum dirimentis et disternat odoratus organa./

C. xvi. Vide pag. 134.

De Zygomate cap. xvii.

Os Jugale aut jugia græcis ζύγωμα et ζυγώδες Nom. varia dic. Nihil est aliud quam duarum ἀποφύσεων ossium coitus, quarum quidem altera ab osse temporum, altera a maxillæ superioris osse minorem angulum constituente nascitur./

Totum hoc os foris gibbum, intus camum, utrimque radicibus figura crassius proditur, in medio gracilescit.

Zygomatis usus est ad musculi temporalis tutelam et narium usus ad oculorum orbitam protuberantem ... firmandam, per non calvarii aut illius ...

De Maxilla superiore c. xviii.

Maxilla græcis γένυς duplex est superior et inferior: Nom. varia illam Hipp. τὴν γένυν, hanc τὴν γνάθον appellat. Gal. illam τὴν ἄνω γένυν, ~~hanc τὴν~~ Celsus malam, hanc τὴν κάτω γένυν vocat

Genam superiorem ab ossibus capitis discriminant suturæ circumscriptiones; duæ coronalis sapius descriptæ, et ea quæ in osse est jugali./.

Figura Maxillæ varia est, superior pars latior, inferior figura est angustior. Et superior pars protuberat qua nasum efformat et qua orbita marginem processumque in sphenoides globatum (malum vocant) constituit: inferior paulo

protuberans

extuberat, ubi radices dentium situm obtinent./
In maxilla superiori similiter sunt et cauitates, ad totius genae cauitatem sunt et alueoli et foramina venae nervi et arteriae transmittendae dicata./

ossium numerus — Ossa bina superioria sunt Vndenum.

1^um^ commissio — Primum minorem angulum constituit et posteriorem orbitae nae non zygomatici et mali partem. Committitur ossi frontis sutura ea qua a Canthi primum per medium orbitam excurrens, ad nasi medium fertur, sphenoidi per Communem suturam, primum processum zygomatici alteram partem efformanti, obliqua sutura./

2^um^ substantia — Secundum omnium minimum majorem angulum efformat. Sor ore tenue et pellucidum quod a Laxis saevis citissime expeditur.

3^um^ — Tertium omnium max^um^ ore sup lateria dentes et incisoriae continet, orbitam inferiorem fere totam constituit, rotundam eam apophysim quam malum appellam tendunque palati max^um^ refert. Sunt et amplissimae et foramina tria, nomine tertij paria et venulae arteriolasque transmittentia.

4^um^ circumscriptio — Quartum juxta palati extremum est situm, qua scilicet narium foramina ad palatum tendunt. Separantur ab osse max^o^ sutura transuersa, a sphenoide ea linea qua inter extremae dentes et apophysim pterygoidem fertur et sic inuicem sutura palati media.

5^um^ — Quintum est ore nasi ~~durum~~ tenue, solidum, durum, quadrangulum

7^um^ — Videlicet Supra medium intimumque palatum, narium imam partem septi more discludit./

De inferiore Maxilla Cap. XIX

Substantia — Maxilla inferior intus Caua et medullosa ad dentium nutritionem, accretione et nonam gradum: foris solida &

durissima

durissima, ut in mandendo esset validior, duobus constat ossi-
bus per synchondrosin junctis.
Inferiore parte inaequalis est, parte vero superiore et posteriore figura
in duo processus desinit, quorum [alter] κορώνη dicitur, alter
processus κονδυλώδης appellatur, cujus fit articulatio
cum osse temporum, in qua ligamenti vicem gerit cartilago.
In genae inferioris sinu sunt medullam continentes, cavitates, sinus, cavitas
tes, dentium radices excipientes, graecis φάτνια, φάτναι,
βόθρια, ὄλμισκοι dicuntur. Latinis praesepiola, loculi,
loculamenta, alveoli, fossulae, mortariola.
Foramina duo interiora nervo 3ae conjugationis ad dentium foramina
radices ramulos spargenti, ac venulis arteriolisque aditum
praebent, et exteriora, in superficie in labium inferius
diramaticandis spatium praevanta, quae duo superiora continua
videbuntur.

De Dentibus Caput XX.

Dentes graecis ὀδόντες definiuntur ossa omnium durissima, intus aliquatenus cava, nervis, venulis, arteriolis 3ae conjug. nervorum, venis, nervulisque praedita, per gomphosin articulata, mandendi gratia et cavo sive vinculo alligata, mandendi praeparandique cibis [illegible] a natura instituta. definitio

Dentium triplex est generatio. 1a a vita in utero: 2a a lacte: 3a a solidioribus alimentis. dentium quotuplex generatio

Dentium usus varius est. 1us ut cibos dividant, mandant et praeparent ventriculo. 2us ad vocis articulationem. 3us ad ornatum. 4us ad compescendam garrulitatem. 5us ad pugnam. Usus

Dentium Numerus et singulorum historia c. XXI.

Dentes sunt triginta duo, sedecim in utraque maxilla, earum numero et aequali utraque utraque oris parte. Horum alii sunt incisores, alii canini, alii molares.
Incisores autem incisorii, primi, primores, anteriores acuti. Nomina

a Graecis πρόθιοι, τομεῖς, ~~δειχαι~~ διχαστῆρες, κτένες,
γελάσινοι et ὀξεῖς dicti 4or sunt in utraque maxilla. Horum
Incisores superficies externa utrinque cava est, forma aliquantulum gibba
interior parte in acutum desinens./
Caninorum usus. Canini seu oculares Graecis κυνόδοντες dicti duo sunt in
utraque maxilla quorum usus est ut siquid propter duri
tiem ab incisoribus scindi non potest, id ipsi confringant./
Nomen varia Molares dentes sunt in utraque maxilla a Graecis μύλαι,
μυλῖται et γόμφοι, γομφίοι, πλατεῖς, et τραπεζῖται.
Molarium postremi duo σωφρονιστῆρες. Animosa
dentes sensus [illegible] nomine, [illegible] κραντῆρες./
Singuli dentes suas sunt radices. primores et Canini
unica radice nituntur, maxillares binis aut ternis.
Est hic sor in molarium radicibus proportium, quod den-
tium genae inferioris radices perpetuae sunt et mi-
nores, quam genae superioris rariores et molliores tali
ita, itaque non [illegible] ita firmiter. adde quod inferi
ores dentes in radices gravitate sua incumbunt, supe
riores a pendulo sunt./
Singularum dentium partium nomina. Dentium versus [illegible] γαμφοί [illegible] dicitur. pars gin
givae proxima γομφίωσις, sedes qua concavi sunt intus
φατνίωσις, summitates latae, τραπέζαι, dentium
interstitia ἀραιοί vocantur./

Epilogus Cavitatum, Sinuum et foraminum
Totius Capitis c. XXII.

cavitatum diversitas In Capite cavitatum diversitas tres sunt: fossa, foramen
fossa quid et sinus. Fossa est velut vallis quaedam ossibus
seu collibus undique conclusa.
foramen quid Foramen ductus est utrinque ~~[illegible]~~ patens./
Sinus quid Sinus ab ore cuniculo in amplitudinem est dilatatus, desinens./
fossa interna Fossae aliae sunt internae, externae aliae: Internae sunt

sunt

sunt cerebro continendo dicata: dua in osse frontis inferno
ad nares et oculos omnium minima: dua in occipite omnium
max^a; dua situ et magnitudine media. Externa 19. fossae externa
dua sub auribus maxillae inferioris caput excipientes;
dua in apophysi pterygoide, dua ad 6^am conjugationem foram:
nervi perruptum, dua supra, totidemque infra palatum, dua
sub zygomate in tempori cavitate, dua postremo in oculorum
orbita.
foramina alia interna sunt alia externa. interna in foramina interna
interiori calvae basi conspicua sunt 25. 1^um in osse cri-
broso, 2^um in sella ephippioidea quo in palatum transcolatur pituita. 3 optico nervo
exitum praebet. 4. Nervis oculum moventibus aditus
venulisque exiguis aditum parat. 5^um priori subditum, -
portionem 5^i paris in crotaphitum musculum transmittit.
6. oblongum 3° et 4^o nervorum paribus est destinatum.
7. sexto contiguum, venam jugularem immittit. 8. Ca-
perruptum, carotidem insignem in cerebrum ascenden-
tem excipit. 9. anfractuosum est et in aurem pertinens
nervo auditorio dicatum. 10. satis amplum. Sextam
nervorum conjugationem emittit et jugularis ac carotidis
portionem immittit. 11. 7^o nervorum pari trajiciendo est destina-
tum. 12. exile admodum et prope apophysin occipitis situm,
cervicalis venae et arteriae reliquias immittit. postremum
omnium max^um spinali medullae exitum praebet / foramina foramina externa
externa haec sunt in oculorum supercilio primum. 2^um
sub oculo, 3. in magno cantho 4. in palati initio. 5.
in fine palati. 6. in sutura latere. 7. inter apophysin
mastoidem et styloidem. 8. pone mastoidem. adest postremo scis-
sura longa sub zygomate nervos et vasa in temporales mus-
culos transmittens. /
Sinus sunt octo, duo in osse frontis ad supercilia, ob Sinus
factum [illegible] inferiorem quidam, duo in osse sphenoide,
pituitae excipiendae dicati, duo in apophysi mastoide
auditui

anteriorum inferiori mandibulae, duo posteriora superiori maxillae me-
A. dullam ad dentium nutritionem, ascendentem per quam continentes./

De Spina C. XXIII.

Nom. varia et descriptio — Spina ῥάχις i. νῶτος, σύριγξ ἱερὰ i. sacra fistula et σωλὴν i. canalis, totum id complectitur quod a 1a cervicis vertebra ad coccygem usque extenditur. ossa est ex compluribus ossibus concatenata et compacta ad motuum varietatem et dextram (?).

Nom. varia — Ossa spinam continentia σπόνδυλοι, σφονδύλοι et σφόνδυλοι (?) i. vertebrae, ossa articulata [illegible] vertebrata appellantur./

figura — Spina ἰθύκολος (?) est i. quadantenus ~~[illegible]~~ recta. a 1a cervicis vertebra ad 7am usque, figuram habet λορδὴν i. introrsum inclinantem, ne oesophago et asperae arteriae subtraheretur (?). a 1a dorsi vertebra ad 12am usque est κυφὴν i. extrorsum protuberantem ne partibus vitalibus amplior relinquatur capacitas. Lumbi introrsum inclinant, ne cava et descendens aorta tumorem sentiant (?), os sacrum ἰθύκυρτον (?) cum latitudine extrorsum protuberans, ne amplior relinquatur hypogastrii capacitas. Atque interna parte aequalis est ne viscera laederet: posteriore inaequalis ob musculorum insertionem et vasorum transitum.

divisio — Spina dividitur in 4or partes in Cervicem, dorsum, Lumborum et os sacrum. Cervicis vertebrae sunt septem; dorsi 12; Lumborum 5.

articulatio quot et qua — Sex sunt vertebrarum articulationes, duae per corpora et 4or per obliquas apophyses ascendentes et descendentes. Quae fiunt per apophyses est et ginglimoides. quae fit per corpora symphysis est quae fit per vincula validissima et membranas ossa ambientes.

Quid com. habeant vertebrae. 1 — Vertebrae spinae multa sunt inter se communia. 1mum quaelibet vertebra sunt et corpus interna parte situm reliquo osse crassius et fungosius, cui et appendices adnascuntur per cartilaginem, latior est superior et

inferior

inferiori basi ad articulari servitutibus.
2. qualibet vertebra foramen est, laxum medulla con- 2
tinendae dicatum.
3. tria sunt processuum genera, processus obliquorum trans: 3
versorum et acutorum. obliqui quatuor sunt duo superiores, paulo
totidem inferiores. illi ascendentes, hi descendentes duo
transversi duo sunt ad servitutibus musculorum va:
riae infixtiones corporibus constructi. Acutus unicus
est qui toti spina nomen dedit ῥάχις et ἄκανθος dicitur
[illegible] in 1a vertebra.
4o in qualibet vertebra 5e sunt epiphyses, duae in 4
corpore totidem in transversis processibus unica in
spina.
5. ~~Spondylus~~ Spondylus quilibet cum altero articulat 5
foramen corporibus, quo nervi a medulla producti —
corporibus prodit.
Vertebrarum series σφόνδυλος dicitur, ad lumbos autem vocatur
ὑπόρραχις.

De Ceruicis vertebris c. XXIV

Ceruicis sive colli septem sunt vertebrae quarum apophysis quid tam peculiare ceteris vertebris
[illegible] acutae et transversae bifidae sunt [illegible] ad nervorum
[illegible] qui et corporum, qui ad diaphragma et brachium
disseminantur utraque ad musculorum corporum et infixtiones, trans:
versae sunt perforatae, ut etiam dicam venis et arteriis ad cervicalibus ad
cerebrum ascendentibus.
Prima vertebra ἄτλας et ἐπιστροφεὺς dicitur, spinam quid 1a
nullam est, nondum expleditur caput, paruis duo mus-
culi a 2da vertebra [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] corpus est praeterea, [illegible] Ut [illegible]
[illegible], forma [illegible] et [illegible].
2da vertebra dicitur [illegible] est apophysis eam quid 2da
acutam quae ὀδοὺς dicitur [illegible] πυρηνοειδής

dissimilis

articulatio — dissimilis est. Spondylorum [ginglymica] articulatio et Sym
physis. inferiores enim sibi articulantur per corpus suo
per obliquos processibus, at superiores duae vertebrae
nusquam corpore suo committuntur vel sibi vel capiti,
prima suis cavitatibus coronae excipit occipitis pro
cessus dentis transmittit: Duo Condylo duplici primae
Symphysis — cavitates glenoides excipit. Symphysis vero pro
ligamenta fit validissima, eorum alterum maximum per latis
simum vertebrae articulum in orbem amplectitur, al
terum a dentis superficie aspera pacuta enatum
dentem alligat occipiti. 3um transversum per quasi rotun
dum 1ae vertebrae sinum excipiendo denti [Dicatum] cir
cumdat; per dentem foramina spinalem medullam tegit,
ne ossis modo per errabundo occurrendum laedatur. et hac
articulatio solum motus gratia/

De Vertebris Dorsi & Lumborum. c. XXV.

quid peculiare sit dorsi vertebris — Dorsum s. tergum νῶτον vocant 12 constat vertebris quarum
spinosi processus longi sunt, solidi et deorsum vergentes.
transversi crassi solidi, profundi ad foramina costarum articu
lationem excepto 11o et 12o quibus posteriora costae sinum
brevissimis committuntur./

Vertebrarum nomina — Prima dorsi vertebra λοφία. 2a μασχαλιστὴρ i.
axillaris; reliquae πλευρῖται i. costales. 11a ἀγγ
νys. dicitur s

Sunt singula dorsi vertebrae duos sinus articulationis
costarum gratia, alterum in transversis processibus,
alterum in corporum lateribus, utroque exiguae et Co
starum capitibus respondens/

quid Lumborum vertebris peculiare sit. — Lumbi 5 constant vertebris crebris foraminibus
pervijs eorum apophyses ceteris sunt oblongiores
sed tenuiores, praecipue 1a et 5a; hac obliquum osso
sacro commixtum; illa motum diaphragmatis im
pediret

De

De osse sacro et coccyge c. XXVI.

Os sacrum et latum, Graeci ὀστοῦν ἱερὸν et ὑποσπόνδυλον. Non varia vocant triangulum, ... anteriore parte ad majorem hypo- figura gastrij capacitatem et posteriore gibbum. ... constat ossibus quae in ... adscribuntur ob- ... quam cum ... sunt. /

Eorum processus acuti ... sunt, transversi obscuri, quod ossi sacri ossa admodum ... in cavitate ... profundam, ... sunt peculiare asperam ... ossa ilium, ... inter ossa sacri ossa ... sit ... . Foramina non sunt ut in vertebris lateralia, sed antica et postica quae ... ilium ... occupat, antica posticis majora sunt, quae majores ... in anticam quam in posticam distribuuntur partes. In lateribus ... superiorum ossium sinus ... sunt quibus ilium ossa ... articulantur ... cornasci. /

Coccyx ὀῤῥοπύγιον ὀῤῥοδέων ... tribus constat ossibus. /

De Thoracis ossibus c. XXVII.

Thoracem circumscribunt superiore parte Clavicula, circumscriptio inferiore cartilago ... cujus pars anterior στῆθος et sternum, pectus, Lateralia πλευραὶ et πλευρά ... sive costae. posterior parte νῶτον appellatur et ὑποτραχήλιον. latini dorsum vocant et tergum, ... superiora ... ὠμοπλάται ... πτερύγια scapulae et alae dicuntur.

Clavicula graecis κλεῖδες figuram ... figura ... inaequalem ... interius ... inter- ... scapulam, ... gibbosa, ... scapulam, introrsum ... , extrorsum concava. ... figuram ... ad ... /

Committitur scapulae cartilaginoso ... quae ... illa

illia inferiori adnascitur, ne in brachij et scapulae motibus aliquid lumen edat. Cartilago haec ἀκρώμιον et κατα χλεῖς dicitur.

De Sterno c. XXVIII

Divisio 1. Sterni ossa tria sunt. Primum est amplum et porrectum; summum est rotundum superiore parte, cui clavicula capite inarticulatur; in medio vero fossam est, quam superiorem furculam vocant vulgus.

2 Secundum angustius est et multo est longius, qui costarum tertiae, 4, 5, et 6 cartilagines protuberantes excipiens,

3 Tertium Xiphoidem est. Desinit in ~~cartilaginem~~ cartilaginem mucronatam.

De Costis c. XXIX

Quotuplex costarum articulatio — Costarum articulatio duplex est, altera cum spondylis dorsi, altera cum sterni cartilaginibus: articulatio haec ambigua dicitur et neutra abal. Decem superiores costae posteriore parte duplici committuntur articulo, altero ad vertebrarum caput, altero ad transversum apophysin: inferiores simplici. Septem superiores costae perfectam sunt cum sterno articulationem, reliquae ad os pectoris non perveniunt.

figura — Costae figura sua arcum referunt, in parte anteriori ubi sunt et subrotundae, deinde paulatim latiores postmodum angustiores redduntur. partes earum spinae sunt spatium, media dorsum, et medium partium, quae pars inferior est tenuior, quae superior crassior. prima costarum latissima, inferiores omnium angustissimae, mediae medium tenent.

Nota varia — Costarum pars latior palmula et πλάτυ dicitur, angustior quae spinam tangit κοττίον dicitur.

Substantia — Costae ossa sunt qua parte cum vertebris committuntur et circa latera; cartilagineae, qua parte cum sterno committuntur. Ut in Xiphoidem sese contrahenti cum

descendenti

distendenti facilius obsequantur, et magnae utilitatem fructumque /

Costarum aliae sunt γνήσιαι i. germanae, verae et legitimae quae septem; duae superiores ἀντιστροφοὶ i. retortae duo; duae sequentes στερεαὶ i. solidae; tres ultimae στερνίτιδες i. pectorales duo. Aliae sunt adulterinae, spuriae illegitimae et νόθαι πλευραὶ duo, χονδρώδεις, ἀκαρδίαι χηλαί ... Costae ῥοαὶ appellae. divisio Nōa varia

postrema omnium minima est ut ipsi, sed et superiorum inferiora dum extenduntur ampliorem relinquant capacitatem /

De Scapulis c. XXX

Tota scapula ὠμοπλάτη est. scoptulum oportum, et spatula varia ... est. Nōa varia

Scapulae triplex est usus; costarum robur, musculorum implantatio, et brachii ac claviculum articulatio. Usus

Omoplata figura trapezia est. cuius articulatio duplex altera cum iugulo per acromion, altera cum brachio, per cervicem et cavitatem glenoidem. Symphysin et cum occipite, spina, costis et osse hyoide per musculos / figura articulatio

In omoplata observantur, primum ima basis, quae per dorsi longitudinem et vertebrarum spinae porrigitur, in qua angulus duplex superior et inferior; deinde appareat costae duplices, superior et inferior: 3° pars cava seu interior, et parva gibba seu posterior. quae χελώνιον i. testudo est. 4° spina a basi sursum ascendens, cuius posterior ἀκρώμιον est. 5° duplex cavitas altera supra, altera infra spinam, utramque μεταυχένιον i. interscapulium vocant. 6° acuta apophysis, quae ἀγκυροειδής et κορακοειδής appellatur. 7° cervix, in cuius posteriore cavitas est glenoides. postremo sunt epiphyses, tres ad latera internum iuxta spinae ductum, duae ligamenta suppeditant, quibus sunt cavitati et claviculae — divisio

acromio

acromio alligatur, et p sinus in summo latere scapulæ
per quadrigeminam, vena p arteria feruntur./

De ossibus ilium, ischii & pubis c. XXXI

divisio

Ossis innominati tres sunt partes. prima omnium latissima
p superior os λαγόνιον, i. ilium dr. in hoc ossis parte
gibba p cava observatur necnon apophysis summa
spina appellata, et est costa ubi os crassissimum./
Secunda pars ὀσφὺς ἥβης, os pubis p pectinis vocatur.
in hoc foramen adest amplum.
Tertia pars ἰσχίον notatur, sive coxendicis in qua cavi-
tas adest κοτύλην vocant sive acetabulum: et p eius
ora cartilaginea, quo femoris caput comprehendi-
tur, supercilium dicunt./

Tertia sceleti pars. De humero c. XXXII

Manus circumscriptio

Artus dividuntur in manus p pedes. Manus a
a scapula ad summos usq digitos porrigitur. -
dividiturq in brachium, cubitum p extremam manum.

Nõa varia

Brachium βραχίων βραχίον Celso summus humerus unico constat
osse validissimo in quo observanda pars superior, inferior,
interna, externa, anterior, posterior.
Superior caput est magnum, in cujus parte anteriore
scissura et caput in duas portiones dividens per quam
bicipitis musculi portio, a scapulæ acetabulo prodiens,
tum per torsionem fertur
Inferior processus duos insignes et, alterum externum
internum alterum. Sinus totidem, qui ita constructi sunt

processus sinus

ut cubitum in acutissimum angulum flecti sinant./

De Cubito & Radio c. XXXIII

Nõa varia

divisio.

Nõa varia

Cubitus ~~duobus constat o~~ Græcis ὠλένη & πῆχυς
duobus constat ossibus, quorum alterum majus et
inferius πῆχυς p προπήχιον dr. Latinis Ulna

cubitus

Cubitus Arabib. focile majus; alterum minus quod supi
enim, κερκίς; radius quod focile minus appellatur aut
παραπήχιον./

Is priore parte superior per ginglymon cum brachio. cubiti partes
articulatur, per quam articulatus fit flexio et extensio:
in hoc osse sunt duo processus κορῶναι dicti quorum processus
sive glandes: anterior minor est, posterior major ampli
orque in obtusum angulum desinens brachii ὀλέκρανον,
κύβιτον quod ἀγκῶνα vocant; adest cavitas a figura cavitas
literae C σιγμοειδής vel σιγματοειδής dicta: inferior
cubiti pars cum carpo articulatur per mediam cartila
ginem quod apophysin styloidem; in eadem parte epiphysis
adest ~~foris~~ foris gibba, intus cava./

Radii pars superior cum extrema brachii apophysi per Radii partes quod
diarthrosin articulatur, a qua motus supinus et prona articulatio
dependet; inferior per apophysin cum carpi osse maximum
digitum respiciente committitur.

Radius quod cubitus ita inter se committuntur ut ora
radii superiori parte recipiatur a cubito, contra ora cu:
biti inferiori parte recipitur a radio./

De ossibus extremæ manus: carpo scil. meta: carpo & digitis c. XXXIV./

Externa manus dividitur in carpum, metacarpum & Divisio
digitos.

Καρπὸς sive brachiale, κτείς Arab. rasetta dr. octo con: Nomina varia
stat ossibus duplici ordine distinctis, ut minime comprehendi
mouri sunt 2 nouem figura inaequalia et, committuntur figura
vinculorum quod cartilaginum interiectu atque sua ~~altera~~ articu compositio
latio dubia.

Metacarpium Gr. μετακάρπιον, προκάρπιον, – Nomina varia
ἄνθηρον quod στῆθος. L. postbrachiale palma quatuor – compositio

constat

articulatio — constat ossibus oblongis & gracilibus quae inferiore parte

figura — cum carpo jungguntur per dubiam articulationem: superiore cum digitis per ginglymum. Ossa haec sunt intus sima foris gibba cavitatem sine medulla plenam

Noa. varia — Digitorum ossium φάλαγγας & acies & agmina vocant

articulatio — & σκυταλίδας. articulantur per ginglymum & eorum tubercula κόνδυλοι dici./

De osse femoris c. XXXV.

Noa varia — Femur G. μηρός & τὸ μηρὸν figuram sit oblongam, rotundam & rectam sed non exquisite: In cujus parte superiore

figura — est sum apophysis caput scil femoris quod ἄρθρον

apophysis — vocat Hipp. & trochanteres duo; quorum alter exterior est μέγας τροχαντήρ, magnus rotator & γλουτὸς dicitur. Alter minor trochanter interior minor trochanter dicitur; Utrumque usus est musculorum exortus

Usus — & insertio. Pars femoris superior per enarthrosim cum ischio,

articulatio — inferior per ginglymon cum tibia articulatur in inferiori parte duo sunt capita aliud interius, exterius aliud, interius rotundius est; exterius latius magisque depressum ne obliqua motus impediatur. Totum hoc os insignitur cavum est quod medullam sit pro alito./

De ossibus Tibiae & rotula c. XXXVI.

Tibiae unisio Noa varia — Tibia duobus constat ossibus. Majus tibia, κνήμη & focile majus dicitur. Minus περόνη, fibula, & focile minus vocatur.

Tibiae pars superior quae est sinuata & processum in medio, in inferiora protenso appendix est ἄστραγος & malleolus internus dicitur. pars anterior spina ἄκανθα & spina vocitatur

fibula superiore parte genu attingit, inferiora processum:

processum dictum quem malleolum externum vocant

Rotula, patella, mola h. μύλη, ἐπιγουνὶς ꝗ μυλακρὶς Rotula noia varia
ꝓ ἐπιγονατὶς dr.; cuius usus est in tibia ꝓ femoris Usus
articulum laxiorem firmare. /

De Ossibus extremi pedis c. xxxvij.

Extremus pes dividitur in tarsum, metatarsum ꝓ digitos. Divisio

Tarsi ossa sunt 7. 1^{um} ἀστράγαλος ἄστριος, talus, os bal 1
lista ꝓ τέτρωρος ꝗ quatrio dr; cuius pars superior
in medio cava, utrinque superciliosa trochleae similis. 2^{um} 2
πτέρνα ꝗ. os calcis, calx ꝓ calcaneum dr. 3^{um} ~~[illegible]~~ 3
~~[illegible]~~ σκαφοειδὲς h. os naviculare dr. 4^{um} 4
κυβοειδὲς, os tesserae quadratum est. reliqua tria χαλκο
ειδῆ ꝗ. cuneiforma dicuntur.

Metatarsus, planta pedis ꝓ πεδίον dr. 5 Noia varia
constat ossibus.

Digitorum ossa sunt 14 compositio per ginglymon. Su- compositio articulaõ. figura
perne gibba, inferne sima. /

De Sesamoideis ossibus c. xxxviij.

Sesamoidea ossa sunt exigua rotunda ꝓ solida aliquantulum figura
depressa. sub tendonibus digitorum flectentibus, extendenti
busq latitantia. Horum numerus incertus in polli
cis priori articulo nullum ossi i. pedis: in 2° bina: in 3°
unicum. In reliquis q^{or} digitis, ad 1os q articulos bina,
ad alios a singulos singula. ita in manu interna sunt
[illegible] ꝓ novem. in externa manu pauciora sunt ꝓ minora
ꝓ numero duo. In pedum digitis idem. frequentius numerus
Eorum usus est ut firmetur articulus. / Usus
Ita sita sunt interna sesamoidea, ut digitorum flectentibus situs
tendinum

Suo suum in lig.[tum] vetterorum ut amplius articulo sunt opposita int[er] flexitus extremam impediam./

De osse hyoide c. XXXIX

Nomina varia — Os hyoides, ὑψιλοειδής, λαμβδοειδής, φαρυγγίτης, et os gutturis d[icitu]r. figuram enim obtinuit ut libido et cibi et cibis ac potibus pateat aditus./

Divisio — Parte sui maxima et latissima, basis d[icitu]r, antica parte ad se curvitatem et gibba, postica, concava est. a basi suo 4[or] educuntur processus (cornua vocant) duo utrimque inferiores duo, breviores, unico osse constantes, et superiores totidem, graciliores, rotundiores, longiores ossiculis unus tribus, unus 4[or] junctis collegatis, et ad stiloides radicem ascendentibus conflati./

Liber Tertius

Quid Cartilago cap. primum

Definitio — Cartilago pars est flavior, frigida et sicca, et crassa similaris parte, quae caloris vi concreverit, genita, ad motuum varietatem securitatemque, et ad externos impetus eludendos./

De cartilaginum usu c. 2.

1 Primus cartilaginis usus est, ut ossium laxa articulat[ionum] junctorum motus juvat.

2 2[us] est, ut extrinsecus occursantes injurias impetusque contundentes, quassantes, frangentes mollitie cedendo eludat.

3 3[us] est. in ossium instar aliquas partes sustineat, et quas musculi affigantur et vasa firmentur./

4 4[us] in sui propugnaculum ad subtus partes tuendas./

5[us]

5. ut pro eius ossa quaedam olutima indtar coalescant. 5
6. Ut ossa dura p[er] [illegible] cum laxis p[er] racia jungat. 6

De Cartilaginum Diff[erent]ia. c. iii.

Cartilaginum diff[erent]iae sumuntur a substantia aut potius ab accidentibus quae substantiam equuntur, magnitudine, figura, situ, usu, [et] compositione. Unde p[rae]statur earum diff[erent]ia

De Palpebrarum Cartilaginibus c. iiii.

Palpebrae sunt cartilagineae ad motum faciliorem; ut [et] externis occursantibus irruptis obsistant, [et] illis parvis pili infiguntur unde scatent foraminibus. cur cartilagineae

figuram sunt semicircularem tam dimidium intus. q. membranula, foris vero cutis. figura

Geminae sunt superior [et] inferior illa major est. Numerus

De Aurium Cartilaginibus c. 6.

Aures cartilagineae sunt ut occursantium eludant impetum. [et] earum satis amplum efformem, q[uod] circumdatis ardeas, si forte audiendi ne[c]atum praestito fugi... sonum excipit. Cartilagines sunt superiores crassiores sunt [et] duriores; inter [et]tiag partes sunt tum simas, tum gibbae. Tota earum circumvolutio [illegible] volutula dicitur. Aures cur cartilagineae figura

De Nasi cartilaginibus c. 6i.

Nasi externa cartilagineae sunt ut commodius suum: gi, facilius inspirantibus nobis dilatari, [et] respi-rantibus foedasq[ue] odores aversantibus occludi deinq[ue] ut extrenoe impetus quassantes contundentesq[ue] elude-re possit. cur nasus cartilagineus

Nasi cartilagines sunt 5, duae elatiores, nasi ossibus asperis adnatae, [et] tres inferiores, quarum duae laterales Numerus cartilaginum

~~[illegible]~~ πτερύγια

πτερύγια alæ cum pinnis Uvis & ὑπηναί media γ/o
septi modo utramque discludens διάφραγμα nuncupatur./

De Epiglottide c. vij.

Nõa varia figura — Ἐπιγλωττὶς Hipp. γλωττίδιον seu [illegible] folium compressum & latum & amplior basi in mucronem & valde acutum desinens. basis in superiore & anteriore thyroidis cartilaginis [illegible] &

[illegible] ad palatum

Usus 1 usus — Epiglottidis duo sunt usus 1us ut laryngem operiat, ne in deglutiendo cibi & potus in arteriam & pulmones ferantur.

2 — 2us ut aërem a pulmonibus vi & impetu pulsum frangat ad vocem modulandam./

De Laryngis Cartilaginibus c. viij.

Divisio — Larynx quatuor tribus ante constat cartilaginibus ita compacta ut dum earum opera claudi dilatari & constringi, claudi & aperiri

1 — facile possit. 1a latissima & maxima θυρεοειδής vocatur & scutalis, scutiformis & quadrata, foris gibba, intus cava./

figura

2 — 2a κρικοειδής & annularis dicitur, ima & antica parte angustior, posterius latior, basis est reliquarum & cum tota

figura usus — sit circularis, asperam scilicet fistulam, impeditum ne in laryngis motibus reliquæ, quæ sunt semicirculares, comprimantur./

3 — 3a ἀρυταινοειδής & postica vel gutturalis est, duabus partibus membranarum & vinculorum opera committuntur, & sic juncta eam efformant rimam quæ voci modulandæ accommodata est & γλωττὶς dicitur./

De Asperæ Arteriæ Cartilaginibus c. ix.

cur semicirculares sint ea cartilagines — Asperæ arteriæ cartilagines σιγμοειδεῖς sunt, ut arteria dum retro [illegible] œsophagum, hunc ut liberior esset deglutitio, cartilagines ea non [illegible] feruntur ad jugula sed cum tota arteria canali pervia in utrumque pulmonem cavum dimicantur [illegible] & ferentes ibique circa claudi sunt quæ œsophagum non tangunt./

de

De spinae Cartilaginibus c. x.

In spina cartilagines multae sunt ad firmiorem articulandum et faciliorem motum. Usus

ossis sacri cartilagines duriores sunt et sicciores quia totum hoc os est immobile, cujus extremum coccix dicitur, firmat rectum intestinum et uteri ac vesicae cervicem. Usus

De Thoracis Cartilaginibus et Xiphoide c. XI.

Sternum superiora parte cartilaginem est inter 1um et 2um os ligamenti vicem gerentem; inferiora vero parte cartilaginem et Xiphoidem s. ensiculatam, mucronatam, scutiformem, malum granatum Arab. furcellam, quae media sui parte est foramen transmittendis nervis et venis dicatam. Cujus usus est partium subtiorum tutela, et resistentia rerum extrinsecus occursantium. Sterni quot sint cartilagines

Xiphoidis Usus

Costarum cartilagines anticae, posterioribus majores sunt et crassiores, quia anterior thoracis pars contrahitur et distenditur

De Articulorum cartilaginibus c. XII.

In omni articulatione est cartilago ad faciliorem et securiorem motum. Usus

in claviculariam extremitate duae sunt cartilagines: inter ossa pubis cartilago est crassissima et durissima ea arctissime unitur.

Quid Ligamentum c. xiii

Ligamentum G. σύνδεσμος L. copula et vinculum dicitur Hipp. Nomen varia

et Gal. νεῦρα vocant.

Definitur Ligamentum pars similaris frigida et sicca, medium inter nervum et cartilaginem naturam obtinens, ex seminis portione levita caloris vi genita, varios in colligando, continendo, tegendo et musculos constituendis usus Definitio

usui praestans./

Usus Ligamentorum omnis explicantur c. XIV.

in brachii cervicem inseritur.

Anteriorum moventes (coracoideus et pectoralis) pectoralis qui a clavi plusquam pectoralis
dimidia oritur, sterno prope toto, costis 6. 7. et
8.a et in brachii ... inter deltoidem et bicipitem
inseritur | coracoideus di. portio bicipitis oritur a coracoide et inseritur in medium brachium

Retrorsum moventes tres musculi infraspinatus
rotundus minor, et subscapularis.

Infraspinatus a cavitate quae infra scapulae infraspinatus
spinam est oritur et in brachii caput ac cervi-
cem inseritur

Rotundus minor a costa inferiore scapulae orit. rotund. minor
in brachii cervicem et humerum interiorem fertur

Subscapularis simul cum cavam et internam subscapularis
omoplatae partem occupat et in cervicem brachii
inseritur.

Tres et postremi musculi semicircularem motum
edunt. Omnes vero brachii musculi successive
agentes orbicularem edunt motum.

Ex

De Musculis Cubiti cap. XXV

Biceps — Cubitum flectunt musculi duo biceps et brachiaeus. Biceps uno capite oritur ex ora cavitatis glenoidis et per fissuram brachii descendit: altero ex coracoide processu et in anteriori tuberositatem radij insiditur.

Brachiaeus internus — Brachiaeus internus oritur a media parte brachij et insiditur inter radium et cubitum qua paulo ante colliguntur.

Extendunt cubitum 4 musculi Longus, brevis, brachiaeus externus et Anconaeus s. cubitalis.

Longus — Longus oritur a costa interna omoplatae prope cervicem et insiditur in olecranum.

Brevis — Brevis oritur a cervice postica ~~olecrani~~ brachij et in olecranum cum longo insiditur.

Brachiaeus externus — Brachiaeus externus cum longo et brevi confunditur.

Anconaeus — Anconaeus oritur ab inferiori et postica brachij parte et insiditur in cubiti partem lateralem pollicaris longitudine infra olecranum.

De Musculis Radij cap. XXVI.

Radium movent musculi 4 pronatores duo et supinatores totidem.

pronator rotundus — Pronator rotundus ab apophysi interna brachij oritur et oblique insiditur in medium fere radium ~~insiditur~~.

pronator quadratus — Pronator quadratus ab imo cubito in imum radium transversim fertur.

Supinator longus — Supinator longus ab acumine brachij supra condylum

condylum exteriorem enascitur et in inferiorem radij partem inseritur

Supinator brevis ab apophysi externa brachij in medium fere radium fertur. supinator brevis

De musculis Carpi caput XXVII

Flectunt carpum musculi duo interni

Cubitaeus internus oritur a brachij apophysi interna et in 4um os carpi inseritur cubitaeus intern9

Radiaeus internus ab eodem principio oritur et in os metacarpij indicem sustinens inseritur Radiaeus intern9

Extendunt carpum musculi duo externi

Radiaeus externus ~~ab eodem principio oritur~~ bicornis oritur a brachij externa apophysi et altero tendine in 1um os metacarpij; altero in secundum inseritur radiaeus extern9

Cubitaeus externus ab eodem principio ortus in os 4um metacarpij inseritur. cubitaeus extern9

obliquum motum flexor et extensor oppositur

De musculis Digitorum 4or cap. XXVIII

Digitos 4or flectunt musculi tres palmaris, sublimis et profundus palmaris

Palmaris ab interna brachij apophysi in medio principio oritur et tendine tenui et lato in totam volam manus diffundit ad 1um internodium digitorum.

Sublimis ab interna brachij apophysi enatus quadruplici tendine in secundum 4or digitorum articulum inseritur Sublimis

Profundus ab eodem tuberculo oritur et in totidem tendines finditur, qui 1um et 2um digitorum 4or articulos membranosis ligamentis affixi tandem in 3um articulum inseruntur: eumque soli flectunt. profundus

extendit

extensor magnus — Extendit digitos extensor magnus cum aliis enuclari p indici proprijs, oritur ab externo processu brachij p multiplici tendine in dorsum p tertium articulum 4 digitorum varie insertus./

Lumbrici — Adducunt digitos parvi 4 lumbrici p orbem enuclavi dicti qui orti a tendinibus profundi musculi obliqui ad externam tertij articuli partem inseruntur./

interossei — Abducunt digitos interossei in metacarpij spatijs latitantes tot interni externi totidem, qui oriuntur ab ossium metacarpij partibus superius juxta carpum p in 1° internodio bracellino tendine tera digitorum ossa praeceptam lateraliter vsq ad radicem unguium vbi cum retinaculaoribus eorum./

De musculis Pollicis caput xxix

pollicis flexor — Pollicem flectit musculus unus proprius qui a superiore fine radij parte enatus in vltimum articulum inseritur./

pollicis extensor — Extendunt pollicem duo a cubito exorti prior in 3um articulum vnico tendine inseritur: posterior bifido tendine in varias pollicis partes desinit./

antithenar — Adducit pollicem antithenar qui ab osse 1° metacarpij ortus in latus pollicis quod indicem spectat inseritur

thenar — Abducit thenar qui ab interna parte carpi sub pollice ortus in basim pollicis phalangem inseritur./

De musculis respiratj dicatis cap. xxx.

Respiratio duplex libera et coacta. illam perficit diaphragma. Hanc musculi lxxiiij quorum 32. inservium dilatatj Thoracis 32. ejusdem contractioni

dilatam

dilatam thoracem. 1.[us] Subclavius q[ui] ab anteriore jugulo ortus oblique antrorsum in 1.[am] costam inseritur. — Subclavius
2.[us] Serratus major qui ex interiore scapularum basi enatus in sex aut 7 superiores costas serratim inseritur — Serrat[us] major
3.[us] est obliquus descendens epigastrij — obliqu[us] descendens
4 Serratus posticus superior oritur a tribus spinis inferioribus cervicis et 1.[a] thoracis et oblique in tres costas superiores tripartito inseritur — Serrat[us] posticus superior
5.[us] Serratus posticus inferior oritur ex inferioribus dorsi et superioribus lumborum spinis ~~[illegible]~~ in tres quatuorve inferiores costas digitatim inseritur. — Serrat[us] posticus inferior
Intercostales externi XI. οἱ μεσοπλευροι ex superioris costæ parte orti, oblique in inferioris [infima] partem [supernam] feruntur et ad sterni cartilagines desinunt in internis spatiis ossium intercartilaginea. — intercostales externi
Contractioni thoracis inserviunt XI intercostales interni, qui ab ~~inferiore~~ [superiore] [infima] ~~[illegible]~~ costa ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ [latere superno] in ~~[illegible]~~ superiorem costam [ad] ~~[illegible]~~ [infimum] [externis contrariis] [a] ~~[illegible]~~ oblique ~~antrorsum~~ inseruntur. fibras in modum X intersecantes sunt. — intercostales interni
12.[us] Triangularis internam sterni partem occupans oritur ab inferiore sterni parte et sursum prolatus sua cartilagines deorsum adducit, pectusque angustat. — Triangularis
13 Sacrolumbus ab osse sacro et spinis lumborum ortus in superiores costas desinit prope — Sacrolumbus

earum radicibus & duplici tendine costis singulis alligatur

Cuspidem vero epigastrij musculi obliquus ascendens, rectus & transversus. /

De Diaphragmate cap. XXXI

Diaphragma — Diaphragma oritur a lumborum vertebris quibus duorum tendinum interjectu alligatur, tum a nothorum costarum extremis & a bino sterno & cartilagine xiphoide totius circumfert. Desinit in validissimum tendinem circularem & membranosum

De musculis Abdominis cap. XXXII

obliquus descendens — Obliquus descendens s. externus a septima & 8ª infima costis ducitur serratim implicatus & ad superiorem ossis pubis & ilium partem delatus aponeurosi nervea in lineam candidam desinit. /

obliquus ascendens — Obliquus ascendens s. internus a spina ossis pubis, apice totius costae ossis ilium oritur & a 4ᵃ nothia costis duplici tendine rectum musculum amplexante in lineam candidam inseritur. /

Rectus — Rectus ab ossis pubis antica ~~sputatus~~ in cartilaginem xiphoidem insertus inseritur

transversus — Transversus oritur a transversis vertebrarum lumborum apophysibus, infimi ossis ilium vertice adversum nothis costis interne affixus desinit ad cartilaginem xiphoidem lata aponeurosi in lineam candidam.

desinit.
Pyramidalis s. succenturiatus, ab osse pubis exporrecto oritur et in parietibus infimam per mediam rectorum inseritur.
Horum omnium musculorum [abdominis] capitis verus est compressio unde si fractus fuerit expulsio, vel dicta expiratio, spiritus cohibitio, per foetus expulsio.
Musculi abdominis agentes extrorsum incurvati, et introrsum intumescunt.

De Musculis Dorsi et Lumborum cap. xxxiii.

Statim [lumbos] dorsum musculi duo utrinque unus triangularis qui a suprema postica cavitate ossis ilii, ut non a superiore posteriore ossis sacri parte oriantur, supra lumborum vertebrarum excurrentes per transversos dorsales procedunt in infimam costam desinunt: [...] [...] alter solus agit in latus movet [lumbos] dorsum. triangularis

Extendunt spinam 4 musculi utrinque duo
1 dicitur semispinatus qui a spinis omnibus ossis sacri oritur in apophyses transversas lumborum totiusque thoracis desinit. semispinatus
2 sacer a posteriore ossis sacri parte exortus in radices spinarum dorsi vertebrarum producitur. sacer

De musculis Ani caput xxxiiii

Ani musculi sunt 4 sphincteres duo per levatores totidem.
Sphincter internus ab inferioribus vertebris ossis sacri ortus recti intestini externo implicatur. Sphincter canos

anum cingit annuli instar./

Sphincter externus — Sphincter cutaneus nihil aliud est quam cutis indurata carnosis fibris repleta./

Levatores — Levatores duo oriuntur a lateribus & internis partibus ossis pubis & ischij vel potius a ligamentis a coxygo & ischio prodeuntibus, & ad suum quisque latus deorsum protensi, rectum intestinum amplexantur, externae ipsius tunicae inserti./

De musculo Vesicae caput XXXV

Vesicae sphincter — Vesica Urinae est musculus sphincter dictus in collo vesicae situs./

De musculis Testium cap. XXXVI.

cremasteres — Testium duo sunt musculi cremasteres s. suspensorij dicti qui oriuntur ab externis obliquorum & transversorum finibus & peritonaeo eiusque productionibus gaudentes, in testes feruntur.

Quidam norunt cremasteres in utero muliebri, membranas scilicet peritonaei, fibris carnosis conspersas, quae uterum suspendunt./

De musculis Penis caput XXXVII

Penis 4 sunt musculi erectores duo & totidem accelleratores

Erector — Erector s. directer ab interno tuberc. ischij nat. & lig.to penis attensus lateraliter ad medium penis

p̃dum corpus pertingit.
Accelerator ab uno sphinctere et tuberis interno ist. accelerator
vesicae oritur et cum suo pari urethrae substratus
ad medium ulteriusque producitur. Seminis ga
eiaculandi accelerat et guttam urinae in vesica cas prostatas comprimendo
pertractus protendit.
Clitoridis duos et pigiores musculos tensioni erector.
dicatores.

De musculis femoris cap xxxviii

Flexorum femoris musculi duo psoas et iliacus q-
bus addunt pectineum
Psoas oritur a lumborum superioribus vertebris psoas
et valido tendine in trochanterem parvum anticè
inseritur.
Iliacus a tota cavitate ossis ilium natus in eundem iliacus.
trochanterem parvum inseritur.
femoris extensorum tres gloutei max9, medius et
minimus
Max9 oritur a coxyge, ossi sacro et superiore max9 gloutaeus
ossis ilium costa obliquè descendens, in femoris
os, palmum sub trochantere magno desinit.
Medius ab anteriore parte costae ossis ilium in tro: medi9 gloutaeus
chanterem magnum inseritur
Minim9 ab dorso faciei externae seu internae ma minim9 gloutaeus
quae oritur in trochanteris magni supercilium
internum fertur
Adducunt tres quos pro uno numeramus vo
camus Tricipitem
1us a commissura summa ossium pubis oritur Triceps

Spina

spina, in ossis femoris lineam subiectam ossis medio inseritur

2 2^us ab ima pubis commissura, sub trochanteris parvo inseritur./

3 3^us ab eodem enatus principio, in parvi trochanteris radicem figitur./

Abducunt crura per se circumagunt foras sex musculi Quadrigemini per obturatores duo

Quadrigemini — Quadrigemini cum 2 et 3 a tubere ossis enati, situ transverso in trochantera magnum inseruntur./ [1] quorum quadrigeminus ab imo ossis sacro et [illegible] . 4^us ab infimo [illegible]

obturator externus — Obturator externus a toto foraminis externo ambitu natus, quod inter os pubis [illegible], in cavum trochanteris magni figitur.

obturator internus — Obturator internus ab interno foraminis ambitu exortus supra coxendicem extrorsum trochleae instar reflectitur per variis tendonibus in trochanteris magnum inseritur./

De musculis Tibiae cap. XXXIX

Seminervosus — Tibiam flectunt musculi 4^or postici, primus seminervosus a tubere ossis in posteriorem ac interiorem tibiam desinit. /

Semimembranosus — Semimembranosi eadem origo et insertio

Biceps — Biceps altero capite a commissura ossis pubis altero ab exteriore femoris parte enascitur per uno tendine in externam tibiae partem inseritur

Gracilis — tibiam flectit pinitro adducit — Gracilis posticus oritur a linea qua ossium ossis per pubis designat coalitum per in partem tibiae internam inseritur./

Extendunt tibiam rectus, vasti duo et Crureus (tibio I minimus)

Rectus a spina ~~externa~~ antica et infima ilium oritur — Rectus

Vastus externus a radice tota trochanteris mag- — Vast⁹ extern⁹
ni et convexo ossi subiecto nascitur

Vastus internus a trochantere parvo et ossi — vast⁹ intern⁹
subiecto oritur

Crureus ab ossis femoris antico prodit eiq. adr- — crureus
here. 4or dicti musculi in latum tendinem desi-
nunt qui rotulam operit et bene ligat./

Adducunt tibiam duo musculi qui eam intro
flectunt Longus et popliteus

Longus (sutorius) ab ilii spina exortus obliquus tibiam — Longus
interiorem et anticam desinit

Popliteus ab inferiore et exteriore femoris — popliteus
tuberculo ortus in interiorem tibiæ partem
inseritur

Abducit tibiam membranosus musculus s. — fascia lata
fascia lata oritur a spina ossis ilium et obliq.
in tibiam exteriorem fertur et ad extremum fe-
re pedem excurrit./

De musculis Pedis caput XL

Pedem flectunt tibiæus anticus et peroneus
biceps

Tibiæus anticus a superiore tibiæ processu ort⁹ — tibiæus antic⁹
tendine duplici in os pedis pollici præpositum de-
sinit

Peroneus biceps altero capite a fibula superiore — peroneus anticus
epiphysi, altero a medio peronei enatus, duplici

tendine

majore l. alio l. minuta
tendine extimi altero q. sub planta pedis in os pedij
e regione pollicis: minori vero in os minimi digiti
fertur.

Extendunt pedem cum tibia & peronis posticis
Extendunt pedem musculi duo soleus & plantaris

Gastrocnimius internus — Gemellus internus s. Gastrocnimius internus ab interno femoris condylo oritur

Gastrocnimius externus — Gastrocnimius externus ab externo femoris condylo oritur qui cum interno in calcem posticam inseritur latumq tendinem efformant cum soleo.

Soleus — Soleus oritur a tibia & peronis commissura

plantaris — Plantaris oritur ab externo condylo femoris superiori & oblongo tendine in planta totius cutim absumitur./

De musculis Digitorū pedis cap xLi.

Digitos flectunt duo Longus et brevis

Longus flexor digitorum — Longus digitorum flexor oritur a superna tibiae epiphysi & subplanta pedis quadruplici tendine in tertiā 4r digitorum articulationem inseritur.

flexor brevis s. pedieus — Brevis ab externa inferna oritur 4r perforatis tendonibus in secundum articulum 4r digitorum inseritur

Digitos extendunt musculi duo Magnus extensor & minor extensor digitorum

extensor magnus — Magnus extensor digitorum oritur ab antica tibia & interna quā parte fibulae jungitur & annulari lig[amen]tum praetermittitur in 4r digitorum tres articulos porrigitur

Minor

minor extensor ortus a priori astragalique minor extensor
parte superiori et exteriori et suis tendinibus
in ossi 1. internodij articulorum inseritur./
Adducunt digitos Lumbrici 4or a musculi Lumbrici
magni digitorum flexoris tendinibus orti.
Abducunt interossei octo a pedis ossibus orti et interossei
spatia metapedij opplentes. flexori et insigniunt

Pollex flectitur unico musculo ~~a tibia~~ pro pollicis flexor
demissa a superiori parte fibulae
Extenditur ab altero a tibia externo latere exorto pollicis extensor
ubi desiscit a fibula qui tendinem bifido uno quidem
in pollicis ultimum articulum; altero in os
metatarsij pollici substratum definit./
Pollex adducitur unius musculi operâ ossi pollicis adductor
pedij max.o ~~[illegible]~~ intus attributi
Abducitur ab alio qui a calcis interna par abductor
te carnoso enatus proprio in 1.um pollicis os
inseritur./
Minimus digitus peculiarem et musculum digiti minimi
abductorem qui a calce exoritur./ abductor

Liber Sextus

Humani corporis Diuisio.

Caput Primum

Vniversum corpus diuidimus in tres regiones, corporis diuisio
supremam, mediam, infimam et artus
Suprema a capite et vertice et 1.a vertebra vel 1.a regionis circumscriptio
Corpus vero diuiditur in caput truncum et artus potius
trunci tres hunc partes collum thorax et venter inferior

clavicula circumscribitur. superna hac regio aa lit. dr. p offica est ad aaa de rationis sedis tutelam.

2a regionis — 2a Regio, Venter medius p thorax appellatur superiori parte clavicula clauditur; inferiori cartilagine xiphoide p diaphragmate; dextra p sinistra parte 12 costis; anteriori osse pectoris; posteriori dorso; Undiq; ptinditur musculis quamplurimis; intus membrana costis succinsa. regio hec vitalis dr. partim officia est ad robur cordis p ad efformandam cavitatem; partim caruta ad systoles p diastoles motum./

3a regionis — 3a regio Venter inferior p κοιλία dr. superiori parte xiphoide p diaphragmate; inferiori ossib9 pubis, ilium, ischium; posteriori s. lumborum vertebris p osse sacro; anteriori toto abdomine circumscribitur. Regio hec nalis dr. anteriori parte tota carnea est; qa contrahi & distendi debebat ob alit. coctionem, excretionem, suppressionem, ac foetus gestationem./

Ventris inferioris Divisio cap. iium

1a ventris inferioris divisio — Venter inferior, κοιλίη, νηδὺς, κενεὸν a quibusda γάστηρ dividitur in anteriorem p posteriorem

Ventris anterioris divisio — Anterior Gal. ἐπιγάστριον Arab. mirach L. abdomen dividitur in tres regiones Supremam s. epigastricam; mediam s. Umbilicalem. p inferiorem s. hypogastricam./

epigastrica

Epigastrica a χιφοειδεῖ cartilagine duobus di= gitis supra umbilicum extenditur cujus pars media nóctis totius ventris lateralis hypochon dria appellantur./ *epigastrica,*

Umbilicalis duobus digitis supra et infra umbilicum continetur cujus pars media umbilicus, ὀμφαλός. ῥίζα γαστρὸς radix ven= tris, Umbilici a media parte; μεσομφάλιον, γαγγαμόν, γραῖα et vetula dicuntur partes latera= les lumbares dicuntur / *umbilicalis*

Hypogastrica ad [illegible] ἦτρον, νείαιρα et νείαιρη. Lat. aqualiculum. alii Vocant imum ventrem, ὑποχόνδριον ad pubis ossa excurrit:- media enim pars Hypogastrium dicitur partes la= terales Ilia. Rursus hypogastrii pars in ferior in dextram sinistram et mediam divi= ditur: Media ἐφήβαιον, ἥβη, ἐπίσειον, ἐπίσε= σπίνιον et κτεὶς, πεδίον, λειμών, ἐφήβαιον βουβῶν, [illegible] κλιτόριον L. pubes. partes laterales partes βουβῶνες inguina dicuntur *hypogastrica*

Posterior ventris inferioris pars a 12 extremis costis ad ossis sacri extremum extenditur, ὀσφύς vocant id est cinctum. sc. lumbos. cujus pars superior pulpa dicitur inferior in dextram sinistram et mediam dividitur quae πυγή dicitur. sc. nates *ventris posterioris divisio*

Venter inferior dividitur in partes continentes et contentas. continentium alia sunt com= cuticula, cutis, adeps, panniculus carnosus, *2a divisio ventris inferioris*

f

p coia musculorum tunica: Propria sunt peri tonaeum p abdominis musculi: partum vero contractum quadam concoctioni, nonnullas excrementorum aliae procreationi inserviunt./

De cuticula caput Tertium

noa varia — Cuticula dr. ἐπιδερμὶς Gal. cutis superficies, Alijs superior pellicula di p definitur Tenuis:
definio. — ssima cutis efflorescentia, caeparum pelliculis tenuioribus similis, insensilis et pene exanguis è cutis excrto non halituoso, non aqueo, sed crassiore pronata

cuticula usus. — Cuticula usus sunt 1.us ut sui medium tueatur.
2 — 2.us ut cutem veram ab iniuriis tueatur.
3 — 3.us ut cutem ne sudor continuò expirat./
4 — 4.us ut vasorum ad cutem pertingentium oscula occludat./
5 — 5.us ut cutis ornamentum sit./

De cute caput Quartum

Varia noa — Cutis δέρμα, δερὰς, δέρος, δέρρις Hipp. δέρη, πο: ρίνη, χρῶμα. Hom. ἀνθρωπίνη Herod. δερβισις alijs δέρωμα. δέρρος L. cutis, corium, aluta,
definio — pellis di. definitur membrana omnium amplissima p crassissima ex seminis p sanguinis permistione genita, temperiem moderatam obtinens, ex toto tactus verum organum, et subiectarum partium tegumentum, munimentum, ornamentum./

Cutis foramina sunt conspicua in ij oculis: alia
alia insensibilia ad διαπνοὴν ἄδηλον pro sudorum
ac fuliginum exclusionem.

Cutis varia sunt dona quae sunt substantia, — Dona
compositio, motu, sensu, pilis praetendat sunt

Varij sunt usus cutis. 1° ut sit organum tactus — Usus 1
2° ut usum corporis sitium vestiat, partiumque — 2
subtarum calorem foveat.
3° ad totius corporis διαπνοὴν pro Urim — 3
4° ad partium subtarum tutelam — 4
5° ut totius corporis sit tectum. — 5
Quidam corporis vestem cutem communem vocant

De Adipe caput Quintum

Adeps pinguedo, λίπος dicitur. differunt quod — nomina varia
pinguedo s. πιμελή s. axungia laridum mollior — adeps pro parte membri non debet alioqui
humidiorque est. Adeps vero sevum s. στέαρ crassior — fictum in humidis partibus
est et siccior — affluxit.

Adeps definitur pars corporis ex pingui et — definitio
tenaci atque frigida sanguinis portione genita, quae
per tenues vasorum tunicas rosis instar exsudat
moxque affusa frigidis circumquaque membranis
a debili earum calore et densitate coagulatur et
cogitur; ad nativum caloris custodiam, partium sub — Usus adipis varij
jectarum et vasorum tutelam, motus facilitatem
et calidarum partium humectationem et refrigerationem.

De Panniculo carnoso cap. Sextum

Panniculus carnosus membrana est corpus universum
obligans cuius tres sunt usus.

1°

1. Usus 1º ut venarum, arteriarum & nervorum propagines quae ad cutem feruntur, fulciat /

2 2º ut sanguinis vapores crassitie sua retineat & in adipem convertat.

3 3º ut musculos ab externis tueatur.

Partium continentium propriarum descriptio caput 7m.

De musculis abdominis actum est c. quinto /

De Peritonaeo caput octavum

Nomina varia Peritonaeum s. περιτόναιος χιτών, περιτόναιον σκέπασμα. Hipp. 7. epid. περιτόναια. Arabibus syphac. membrana est spermatica sed aliquantulum oblonga tenuis q. sed firmissima, duplex & expansa.

Descriptio posteriori crassior anteriore tenuior. Viris a xiphoide ad umbilicum usque crassior ad ventriculi mollia crapula distentis: foeminis contra ab umbilico ad pubem crassior; ad foetus gestatum /

Obscura Obscura sunt partes peritonaeo hic continentur quas alii vena porta, scilicet intra duplicaturam latitant ut venas & vesica.

1º usus Peritonaei usus sunt. 1º ut regionis inter partes omnes muniat, unde ipse totum largitur tunicam /

2 2º ad partium contentarum tutelam

3 3º ut sicci alvi excrementa leviter manu prementi citius propellantur.

4 4º ut partium contentarum distentionem constringendo impediat. /

5 5º ut partes contentae tuto colligentur. suisque sedibus

fixae

De vasis umbilicalibus cap. IX

Vasa umbilicalia sunt 4or Vena una, arteriae duae & ourachos / — *vasa umbil. quot & quae*

Vena à radicibus venae portae & cavae hepatis orta ducta hepatis rimam & fissuram egreditur inter duas peritonaei tunicas elata ad umbilicum foetus. Venam embryi umbilicalem vocant / — *Vena umbil.*

Arteriae duae a ramis iliacis prodeuntes peritonaei membranis suffultae sursum ad umbilicum porriguntur arteriam seu spiritum deferunt, nuncupant. — *Arteriae umb.*

Ourachos a vesicae fundo oritur ~~...~~ ~~...~~ / — *ourachos*

Quatuor haec vasa foetu in lucem edito tum usu vacua & ... in ligamenta degenerant, hepaque ac vesicam suspendunt / — *Horum vasorum usus in adultis /*

Partium in ima regione contentarum breuis delineatio cap. X.

Partium contentarum ima regione duo sunt genera; alia coctioni, alia procreationi suarum dicarunt operam /

Coctio officialis s. communis duplex est χόλωσις & αἱμάτωσις.

Chyloseos inserviunt ventriculus, intestina, epiploon. Ventriculus cibum coquit, intestina distribuunt perficiuntque: cuncta foeces — *chyl. haec organa*

detrudant

obturbant. Epiploon ventriculi coctionem iuvat./

Haematica organa Haematosi inserviunt vena meseraica, hepar, vena cava, vesicula fellea, lien, renes. Vena meseraica chylum praeparant: hepar sanguinificationem peragit et ruborem indit. Vena cava sanguinem distribuit: vesicula, renes, lien totum αἱματώδειος illuviem expurgant./

…ratiae organa Quae partes procreationi dicatae, aliae sunt virorum aliae foeminarum: Virorum sunt genitalia spermatica vasa, testes, pudendum; mulierum eadem vasa et uterus./

De Epiploo caput vndecimum

Nomina varia Omentum, ἐπίπλοον, γαγγαμὸν, σαγήνη. Arist. ὑμὴν πιμελώδης Hipp. δέρτρον et τὰ ἐπίπλοα.

Substantia — Ortus Epiploon substantia [pars] est membranea ex duabus tunicis (quarum superior anterior a sinu ventriculi parte et sinu lienis: inferior vero et posterior a peritonaeo statim sub diaphragmate ortum ducit) venis a porta, arteriis quam plurimis (a coeliaco et mesenterico ramo) et pinguedine reticulata conjugatione et adipe contexta marsupij similitudinem referens

Figura — Situs et Connexio imo ventriculo et superioribus intestinis obtensa soli colo intestino allegata./

1 usus Epiploi usus sunt 1 Ut ventriculi et intestinorum calorem foveat et coctionem iuvet.

2 Ut venae portae ramos in lienem, ventriculum, duodenum et colum distribuendos suffulciat et arterias ac nervos sustentet.

3

3ᵘˢ ut volitantes per immensum ventriculi vapores - calidos retineat et in adipem convertat. / — 3ᵘˢ

4ᵘˢ ut colo infestino mesenterii viam praebeat — 4ᵘˢ

5ᵘˢ ut copiosus sanguis ab intestinis influens in omento velut in aestuario asservetur. — 5ᵘˢ

Intestinorum Universalis descriptio caput Duodecimum.

Intestina Barb. chorda, interanea, Gr. ἔντερα — Varia
ἔνδινα, χολάδες, ἐγκοίλια, ἔγκατα. /

Intestina definiuntur corporea membranea duabus propriis tunicis et tertia communi venarum (a vena porta trunco, et ramo mesenterico et arteriarum Surculis (a ramo coeliaco et mesenterico) ac nervorum ramulis (a sexta conjugatione) villis rectis et transversis contexta, anfractuosa, oblonga, rotunda et concava, ab imo ventriculo ad extremum podicem protensa: coquendo, alterando et distribuendo in jecur chylo, expurgandisque faecibus a natura instituta. /

[margin:] descriptio / Substantia / duabus constans tunicis ad expulsionis robur et ut ab injuriis intestinis sint tutiora / figura / Usus

Tunicarum propriarum interior rugosa est (ut chylum remoretur) pingui concretoque sumore seu muco oblita (ut lenitate sua et crassitie bilis obtundat acrimoniam) nervosa est carnea fibris conspersa: exterior vero carnosior. /

[margin:] contra quadam obducta ut et ventriculus. /

Intestina septies corporis aequant longitudinem — Longitudo

Umbilicalem

umbilicalem et hypogastricam regionem occupant

Situs — Intestina tenuia quae mediam sedem obtinent, crassa undiquaque sepimenti instar illa obvallant.

Connexio — Dorso alligantur intestina interjectu mesenterii

Intestinorum Peculiaris Διαγραφὴ seu Delineatio caput XIII

Diva — Intestinorum divisio petuntur a substantia, officio figura et situ.

Gracilia intestina tria sunt duodenum, ieiunum et ileon.

Duodenum et varia nomina ortus — Duodenum, ectiavium, δωδεκαδάκτυλος, ἔκφυσις, πυλωρὸς dicitur, oritur ab ima ventriculi parte et spinam versus vinculis membranis alligatam descendit, nullis intortum anfractibus in vena porta cedat, tum ilerorfluat in intestinum chylus.

Quae duodeno sint peculiaria — Tria duodenum sibi peculiaria quod a solius portae trunco venam accipit. Primum sui longitudinem recta deorsum protensam. 2° ductum excipit choledocum. 3° pancreatis substratum sibi.

Situs — Situm est in dextro latere spinam versus.

Jejunum et varia nomina — Jejunum b. νῆστις cavitatis inanis apparet. 1° sequitur celebris chylum sugentia vicinia. 2° venarum mesaraicarum ibi copiosissima copia. 3° majore. 3° propter bilem acrimonia sua ad excretionem provocantem.

ortus — Oritur qua parte duodenum in gyros volvitur cavitatis rubicundius est.

Totum fere regionem umbilicalem occupat. / Situs
Ileon bi λεπτον sub te umbilicum ad ilia et Sed. & Ilei
coxas utrinque positum est.

De crassis Intestinis caput XIV

Crassa intestina tria sunt caecum, colon, rectum.
Caecum, monoculus, saccus G. τυφλόν [illegible] non vacia
[illegible] ductu et foramine proximum est: ad cujus
extremum est appendiculum contorti lumbrici
[illegible] mesenterio nulla ex parte alligatum cuj[us] appendicis us[us]
usus est ut siquid tenuioris chyli anadosin
[illegible] id totum in caeco colligatus ut a mesa-
raicis exsugatur. /
Colon, cellulatum, Arab. Laxum bal. ἔντερον non vacia
aliis κοῖλον d[icitu]r. [illegible] intestinum hoc a renae situs
[illegible] ad jecoris cavum, sive ventriculi fundo-
[illegible] lieni accumbitur, rene sinistro alli-
gatur tandem in ostium sacri proximum desinit /
Ad coli principium Laurentius et Bauhini[us] observarunt
valvulam ostium spectantem osteoli instar
factam et inutilium [illegible] ad superiora refluxum
prohibentem,
Duo Lig[amen]ta est colum quibus eum superiori et connexio
inferioris partibus alligatur
Observa prope coli superiorem partem vinculum
[illegible] medii digiti latitudine quod incidat
aliud quam ejusdem intestini subtilia et crassior
et [illegible] cellulas, quae ad [illegible] chyli ex
succabus constructae sunt, efformant.
Rectum intestinum Hipp. ἀρχόν G. δακτύλιος non vacia

aπευθυσμ=

ἀπεσβυμμένα [illegible] longaon. Brevis est et circa finem amplius, tum ut facilius labatur majorq. ciborum copia contineatur.

connexio — alligatum firmiter ossi sacro peritonei interjectu./

De mesenterio & pancrea cap. XV.

divisio mesenterii — Mesenterium dividitur in μεσάραιον et μεσόκωλον

definitio substantia — Mesenterium definitur corpus membranosum, intestina colligans, duabus tunicis (aliquando quae lumborum vertebris committuntur [illegible] sacrum ilium ossibus committuntur) venis arteriis innumeris,

glandul — glandularum usus in mesenterio — adipe copioso et adenibus constans tum ad vasorum distinctionem, tum ne vasorum ductus impedimento comprimantur sicq. praepediatur anadosis: tum ne intestina madore suo proluant [illegible] sint ligata vasorum ne in violentis motibus disrumpantur./

pancreatis usus — Pancreas seu καλλίκρεας venae portae ramos amplexu suo comprehendit sustinet et ventriculo mollisculi pulvinaris subjicitur./

Venae Portae Divaricatio cap. XVI.

Lege caput 4tum libri quarti./

De ventriculo caput decimum VIIum

Nomenclatura definitio figura substantia — Ventriculus s. κοιλία et γαστήρ definitur organum cavum, rotundum, oblongum membranosum ex villorum quae intertextum infinitis venarum et arteriarum surculis nec non nervis superiori orificio a sexto conjugio implicatis

constans

conspectum, cibus expediendus et chylosi consi: Usus 1
cienda dicatum.

Duplici constat tunica ventriculus interiori et Tunica quotuplex
exteriori interior nervosa est cujus superficies Crusta quae est in
interna crusta quadam obducitur, ab expultu superficie interna
3a coctionis pronata cujus usus est ut callo- Usus 1
sior evadat interior tunica, ut venarum oscu 2
la occaecaventur et ad moderatum cibi retentionem: 3.
exterior tunica carnosior est.
Observa notatum cholidochum in ventriculi fun:
dum fibri [illegible]

De partibus ventriculi dissimilaribus orificijs & fundo caput XVIII

Orificium superius b. στόμαχος, καρδία et sylos non varia
dr. fibras si circulares quamplurimas or an- compositio
gustantes ut cibus resiliat in oesophagum et
ore prono aut supino [illegible].

Orificium inferius Janitor b. πυλωρὸς nonnull- non varia
ta dorsum fertur sed superiora spectat ne quid
nisi plane coctum elabatur; postea recta deorsum
in duodenum vergit.

Duo haec orificia situ et magnitudine differunt orificiorum Ventric.
inter se. Superius in sinistra post spinam situs
versus situm et circa undecimam thoracis ver-
tebram: inferius dextram sedem occupat. illud
amplius hoc angustius. Ambo sunt rugosa
et crassiora fibris orbicularibus ipsaque carnosior
sphincteris cujusdam instar praedita ut dilatari

auctari, aperiri et claudi pun

fundi ventriculi situs — fundum ventriculi in sinistrum potius quam dextrum inclinat latus in quo chylosis fit tum ingenita proprietate seq. specifica, tum insito ventriculi et viciniarum partium calore.

Usus 1 — Ventriculi usus sunt duplex 1 ut cibi potionisque sit receptaculum, illum praestat qua cauus,
2 — 2 ut chylificet, illum a fa. de tpre.

De Hepate caput decimum ixum

Non. varia. .i. finis, substa. connectio — Iecur & ἧπαρ, ἐκμαδέον, αἱματόσεως δημιουργός. Organum est nobilissimum carne sibi propria constans (παρέγχυμα vocant) propria et insita vi sanguinem proficiente. Uenis porta et caua radicibus (quarum admirandae sunt anastomoses) 3 arteriolis (hepatis caua. hij attingentibus) 4 meatibus choledocis, 5 nervulis duobus (a dextra conjugatione ramis ventriculi orificio et mesenterio implantatis; tum ab intercostali. Postremo tunica peritonei totum viscus inuestiente (a peritonaeo.

2 prior figura — Hepar calidum et humidum est, continuum est rimam hij hic in medio fissuram vocant parte ~~connexa~~ dextra rotundum sinistra sensim attenuatur et in acutum quasi finitur ampla. parte convexa laeve et aequale; concaua vero inaequale iad vena porta et meatum choledochium excipitur tum ne ventriculo distento vena portae rami comprimerentur sicque chyli et sanguinis praepediretur cunadotur.

Situm est hepar in dextro hypochondrio sub situm diaphragmate et nothis costis
omnibus partibus committitur per comm. lig^ta. hoc est compagio
Nervos venas et arterias per propria lig^ta
alligatur pendentibus quidem uno latiori et vali-
dissimo suspensorium vocant: altero et laterali
sub costis et lumbis annectitur. Tertium est
umbilicalis vena quae in lig^tum degenerat./

De vesicula fellea caput xx.

Vesicula biliaria, folliculus felleus b. χύσις — non varia
Χοληδόχος ~~substantia~~ pars est oblonga membranea (ut contrahi et — subtilis figura
distendi possit) et Unica propria tunica constans ex — compositio
villorum triplici genere contexta, intus q. rectis (quibus bilem
in se allicit), et obliquis (quibus retinet) foris
vero transversis (quibus eam in ductum expellit).
Venas et (a portae trunco) (cysticas dictas): arteriolas
(a coeliaca) et nervulos (a costali dextro)
Vesicae felleae tres sunt partes fundum cervix et — partes
meatus choledochi duo; quorum unus in hepar, — meatuum choledochorum usus
inter vena portae et cavae radices fertur innumeris —
surculis: ~~alter ad duodenum~~ quo bilem in se alli-
cit: alter ad duodenum quo bilem extrudit. meatus
hic inter duas tunicas intestinorum non solum —
obliquo et tortuoso ductu inseritur sed etiam membra-
nulas [illegible] bilis refluxum impedientes./
Tertius interdum reperitur ductus qui ad ven-
triculi fundum pervenit./

De Liene

De Liene caput Viges. sdum

Definitio figura substantia — Lien corpus est oblongum linguae bubulae specie residens cavum sibi propria raraque fungosa constans venis (a ramo splenico) arteriis quamplurimis, nervis a septa conjugatione postremo tunica tenui totum corpus investiente (a peritoneo) contextum./

Arteriarum usus in liene 1° — Arteriae plures et insignes sunt in lienis substantia quarum multiplex est usus. 1° ut pulsu sua feculentum expurgent attenuentque sanguinem./

2° — 2° ut lienis calorem feculento succo pene obrutum ventilent ne languescat./

3° — 3° ut vitales facultates cum spiritu lieni impertiant.

Situs — Situs est lien in sinistro hypochondrio spaduento spatia

Connexio — Connectitur et alligatur lien parte sua gibba superiori diaphragmati per suum sinistro membranarum peritonaei interventu: parte sua sima cum ventriculo tum per venas quas illi largitur, tum per epiploon./

Venae cavae descendentis delineatio

Caput Vigesimum sdum

Vide librum quartum.

De Renibus caput Vig. Tertiu

Nomen Definitio — Renes respectu duo et definiuntur partes carnosae duae et solidae parenchymatosae specie residentes intus cava ferme gibba duplici tunica a peritoneo exterius

Sed

Scilicet p interna, Venae emulgentes p adiposa, arteriae, mesenteriae (a stomachico) ductibus Urinarijs, simulque p carunculis conflata ad Sanguinem serosum p acrimoniosum suo situ expurgandum a natura destinata./ — Usus

membrana exterior fascia vulgo dicta p adipe copioso circumfundita in renum augendum calorem p in pulvinaris vicem gerere: interna caret pinguedine, neque aliud nihil quam vasorum renes ingredientium tunica ~~dilatata~~ coeuntes delatata. — membrana exterior cum adiposa

Vasa omnia renes ingredientia in capillares ramos dimaricantur per renum substantiam quorum ~~~~ maxima pars ad carunculas excurrit in per tota distributa sive transcolatio in Urinarijs dentur ibi existentes./ — vasorum dimaricatio

Caruncula exiguum est corpusculum, ex renum carne efformatum, ex basi latiore in acutum mucronem sensim desinens, exteriore papillarum more; per has carunculas serum a Sanguine separatum transcolatum tendens in tubulos s. canales ab ureteribus efformatos, et illae a quibus in pelvim s. infundibulum illumque per ureteres in Vesicam./ — caruncula quid — carunculorum Usus

Non datur in hoc sinus ille superior cribrum vocant] ab antiquorum p recentiorum exteriorum contextum, qui serum a Sanguine secernat./

Renes duo sunt, non obturato unius libero serum est via profusio eiusque siti paulo infra Iecur Quem bantque musculis lumborum quorum sinister elatior est dexter inferior propter iecur in quae quali sunt situ ut alter alterius tractui- — Numerus — Situs

morum

moram afferat.

connexio — Connectuntur renes lumbis diaphragmati, colo intestino peritonaei integumento, vesicae per vreteres. In renum parte superiori glandula aliqua obseruatur.

De Vreteribus caput xxiiij

Nomina varia — Vreteres vasa vrinaria colatoria vesicae albae vocantur οὐρητῆρας, οὐραχός, ut πόροι οὐρητικοί.

definitio — Definiuntur vasa simplici tunica sed densa constantia villis iis obliquis contexta Vrinam Vi renum secretam ad vesicam deferentia.

connexio — ad dorsum peritonaeo a quo communem accipiunt tunicam. Desinunt in vesicae lateribus non directe sed reflexo quodam modo, ne in vesicam illapsa Vrina refluat.

De Vesica caput Vigesimum quintum

Nomina varia — Vesica, corporis matula, κύστις οὐροδόχος.

definitio — Definitur pars membranea, rotunda per aliquantulum oblonga duabus propriis tunicis ipsisque crassis triplici villorum genere intertextis per venas eius constans venis ab hypogastrica arteriis per neruis duobus a septimo coniugatio

Vsus — et spinali medulla irrigata Vrinae continenda a natura destinata.

Situs — Sita est Vesica in hypogastrio, recto intestino

connexio — villis per tenuibus et membranis connexa, idque in viris. Latitatque inter duas peritonaei tunicas quod factum puto propter

onvarton

ouvarsey et arteriae umbilicales, quae intro duae peritonaei tunicae ad secundinalem fibri debebam

Vesicae duae sunt partes fundum et cervix quae reliquo corpore paulo carnosior est et musculo sphinctere cingitur ne nobis inuitis urina effluat. Diuisio

Vesicae collum maribus angustum est et ob: ordinario longius: foeminae breuius et latius.

Liber Septimus

De partium generationi dicatarum necessitate Caput Primum

Ea est partium genitalium necessitas ut ab ijs solis perficiatur gen.

partium genitalium aliae semen praeparant. Diuisio Venae et arteriae spermaticae aliae semen elaborant epididymides et testes: aliae excretum defferunt, Vasa scilicet duo eiaculatoria et defferentia; aliae excipiunt et asseruant, parastatae scilicet prostatae glandulosae: aliae effundunt penis in viris. in foeminis vero praedictas partes pars est scilicet Uterus quae semen effusum excipit et fouet ad conceptum

De Virorum Genitalibus ac primum de vasis semen praeparantibus caput Secundum

Vasa praeparantia. Arabes vocantur venales vasa varia Auic. vasa lumbaria g. ἀγγεῖα σπερματικά

ὡς προσκευαστικά sunt quatuor duæ venæ et totidem arteriæ: hæ a trunco aortæ oriuntur; illarum dextra a trunco cavæ descendentia: sinistra vero ab emulgente idque factum puto ne aortæ truncus ad latus paululum inclinans perpetuo systoles ad diastoles motu venam forte disrumperet: ita exortæ venæ et arteriæ peritoneo accumbentes palliatæ abdominis cavitatem egrediuntur et per peritonæi productiones cremasteres comitantur ad epididymida perductæ finiuntur quo priusquam perveniant plexum retiformem efformant cujus duplex est usus 1º ut sanguis praeparetur et dealbetur quod fit tam insita vasorum vi quam per tantum temporis vasorum testium. 2ᵘˢ usus est ne libido vehementius corpus incitetur.

Vasorum spermaticorum ortus

virginum ratio

plexus retiformis usus 1º 2º

De partibus semen excoquentibus ac primum de Epididymide caput Tertium

Epididymis s. parastatæ varicosi definitio corpus oblongum, utrique testi exterius adhærens, in medio aliquantulum dehiscens excoquendo et dealbando semini a natura dicatum.

Epididymis altera sui parte admittit 4ᵒʳ præparantia vasa: altera duo deferentia emittit, separatur fere totus a testibus et hi per ipsius fistulas cum illis continuitatem unde via illa manat σπερματοποιητική.

Nom. Varia definitio

usus

Tunica

Tunica epididymidis sunt tenuissima: ne vero seminis procreatrix a testibus in ea vasa colerius influat./

De Testibus caput quartum

Testes, Viriles globuli, coles, Lamini, clitoriini, G. ὄρχεις, ὀρχίδια, ὀλχοί, μέδεα, μήδεα, χυαμοὶ δίδυμοι. Nōa Varia

Testis definitur pars rotunda seu oblonga, temperate calida et humida, carne molli et candenosa constans, et pluribus tunicis et teptat. et vasis irrigata, seminis coquendo et perficiendo a natura destinata. De fine, figura, temperie, substantia

Testium tunicae sunt seu duae com̄es 1a scrotum s. scortum G. ὄσχεον, ὄσχη, pelliculae et cute conflata 2a dartos, panniculi carnosi productio. propriae sunt tres 1a erythroides. f. elytroides, dilatatio musculi cremasteris. 2a elytroides, productio peritonaei. 3a nervea s. albuginea testem immediate cingens. Tunica cum testium Numerus ἐλυτροῖς

Testes duo sunt ~~dextrum~~ ad foecunditatem dextrum ἀρρενογόνον, sinistrum θηλυγόνον vocat Hipp. foras abducti sunt, prominentque penduli. Numerus Situs

musculos sūi cremasteres s. suspensores dictos ne suo pondere vasa seminaria extendant./ musculi

Nervos excipiunt a costali et lumbaribus Venas et arterias a spermaticis./ nervi

De Vasis semen deferentibus cap. 6. um

Vasa deferentia s. ejaculatoria G. πόροι σπερματικοὶ Nōa varia
quae

or quae in scroto vasa, fungosa, convoluta et ad infimos testes contorta, quae ubi a testibus recesserunt nervi crassioris instar teretia candidaq. apparent, insensibiliter furve cavitatibus sui pro- pedatorum funiculo productis viae obliquo ductu ad vesicae urinariae posteriorem et inferiorem partem delata, amplificantur et in vesiculas prostatae oblitescunt.

Usus. Vasorum deferentium usus est ut semen a testibus et epididymide in vesiculas seminarias prostatae transportent./

De partibus semen excipientib[us] & Asseruantibus caput sextū

Duo sunt partium genera seminis excipiendo & asservando dicata: vesiculae scil. seminariae quae plures et prostatae glandulosae.

vesicularum descriptio situs numerus. Vesiculae seminariae ad cervicem vesicae initium positae inter vesicam et rectum intestinum. Vasorum deferentium sunt propagines: geminae quae illae sunt insignes et membranae sed ex multis et anfractuosis cavitatibus conflatae, ne uno coitu totum semen effluere, geniali semine perpetuo turgent semen, quod semen velut per tubulos et ductus sic ante, quod semen velut per tubulos et ductus ad vesicae cervicem exprimuntur.

prostatarum glandulosarum descriptio situs. ubi sunt glandulosa duo corpora candidissima, tenui vestita membrana, semen excipientia et asservantia (prostatae glandulosae appellantur) quorum multiplex est usus.

Usus 1^us. 1^us ut semen contingtum asservetur ea copia, quae

ad

ad coitum sufficiat./ 1

2um in semine incrassando proficiant./ 2

3um in elevatione et volue seminalis humiditate vectam irrigent, ut urina laudatur acrimonia./ 3

4um ad Veneris dulcedinem: titillationem et stimulum quemadmodum gignunt, qui pruritum et titillatum excitant./ 4

De Pene caput Septimum

Penis, hasta, muto, verpa, mentula, priapus, scapus, veretrum, coles, caulis, virga, fascinum virilis, cauda salax, nervus fistularis, genitale, membrum virile. G. καυλὸς, σάθη, πέος, σαώνιον, τύλος, κάπρος, κωλῆ, ἀναγκαῖον, ψωλὴ, ποσθὴ, κριθὴ, σῆμα, ἔμβολον, στρογγυλῶδες νεῦρον, φλέψ, γονίμη, ἔρα αἰδοῖον, δέμας: Penis ventri proxima et non pendula ὑπόσημα dicitur; pendula vero σῆμα. V./ — *Nomina varia*

Penis corpus est rotundum oblongum ex duobus nervis cavis, meatu unico membranoso, semini et urinae communi, 4or musculis, venis arteriis, nervis quamplurimis, a sacra medulla) membrana nervosa et cute miro artificio fabrefacta seminis ejaculando primo, deinde urinae excretioni à natura institutum./ — *Definitio figura compositio* — *Usus*

Nervi illi duo cavi ligamentorum instar ex inferiore ossis pubis et superiore ischii parte orti, primum discreti, mox coeuntes ad glandem usque feruntur — *nervorum cavorum descriptio*

tota eorum substantia superior fistulae modo excavata, nigricans, fungosa, et atro sanguine — *substantia*

oppleta

oppleta cernitur.

Inter duas nervosas caveas conspicua est ~~Vetra~~ Urethra fistulam urinariam vocant quae
Urethra quid est aliud nihil quam vesicae collum productum.

Situs penis Quod autem extremum penis extremum uni videtur partibus occupat, ossi pubis [illegible] adhaerens hinc veluti quasi infixum, deinde extra ventrem penderet. /

Balanus Ad penis extremum ~~penis~~ βάλανος seu glans
Substantia apparet cuius substantia spongiosa est intus tamen solida et cava quam membrana tenuissima proxime munita: eam tegit praeputium seu ποσθή cuius pars prominentior ἀκροποσθίον.

frenum Glandem praeputio alligat κυὼν s. κυνοδέσμιον s. χαλινὸς L. frenum, fibula.

corona Circulus glandem cingit [illegible] corona [illegible]: inferiori penis parte in longitudinem extenditur, raphe dicitur, quasi sutura, quae ad sedem usque producitur ταῦρος: spatium penem et anum intercedens περίναιον, sinum autem interfeminium appellatur. /

De mulierum genitalibus, ac primum de vasis semen praeparantibus cap. VIII

Vasorum spermaticorum divisio Vasorum spermaticorum divaricatio dissimilis est in feminis atque in viris: nam in feminis et viris partem utramque bipartito dividuntur. quarum maior portio in ~~epididymida~~ testiculis absumitur: minor ad uteri fundum spargitur. /

De vasis semen deferentib[us] cap. IX

Vasa deferentia s. ejaculatoria magis flexuosa sunt in foeminis quam in viris: eorum quoque insertio dissimilis est, nam non ad vesicae collum feruntur ut in viris sed ad uterum in duos velut ramos disrupta: quorum alter amplior sed brevior in latera uteri fertur: alter angustior sed longior per latera uteri corporis inter membranas excurrens prope principium cervicis desinunt: illo semen in uteri fundum ejaculantur mulieres: hoc vero conceptione facta in cervicem uteri semen effundunt. / — *Vasa deferentia / insertio / Vasorum deferentium / divaricatio*

De Testibus mulierum caput X^mum

Mulierum testes virorum testibus molliores sunt multis vesiculis sibi mutuo adnatis constant, frigidiores, minores, non ita rotundi, anteriori et posteriori depressi magis, lumborum musculis insidentes unicam hanc sunt tunicam. / — *mulierum testes / viris frigidiores*

Vesiculae seminariae, ut prostatae glandosae sunt mulieribus. /

De Utero caput Undecimum

Uterus, utriculus, vulva, bulga. G. νηδὺς, s. — *Noia varia* [matrix, mater]
ἀγγεῖον χοητήριον, δελφὺς Hipp. ἄγγος, γονὴ,
μήτρα, ὑστέρα. /

Uterus corpus est membraneum rotundum sed oblongum ex duabus tunicis externa (a peritonaeo) interna carnosa et cum villorum genere intertexta; — *definitio subitur figura, compositio*

duabus

duabus venis (a spermatico et hypogastrico ramo) ar-
terijs, nervis (a sexta conjugatione et a lumbari et sa-
Vasa — cra medulla) et vinculis 4^or constans, excipiendo
virili et muliebri semini ad sobolis procreationem,
a natura dicatum./

Venae uteri — Venae uteri inter duas tunicas excurrunt; spermatica exilioribus ramis uteri substantiam irrigat: hypogastrica ad internum et externum uteri os et circumvicinas superficies ramulos ampliores emittit, quorum oscula κοτυληδόνες s. acetabula dicuntur. Quidam ramuli in externum proferuntur cervicem per quos gravidis et virginibus menstrua effunduntur.

Lig.ta 4^or — Lig.ta uteri sunt 4^or duo superiora lata sunt et membranosa et in uteri fundum prope cornua inseruntur: duo inferiora rotunda sunt et subrubra musculorum instar ab uteri lateribus ad inguina descendunt et musculorum abdominis externa peritonaeumque perforantes, ad ossa pubis feruntur, et in adipem ac membranas ossa investientes obliterantur.

Connexio — Recto intestino et vesicae connectitur uterus per
Situs — villos complures et inter utrumque situs est.

De singulis uteri partibus dissimilaribus caput duodecimum,

Uteri divisio — Uteri partes sunt 4^or fundum uteri, os uteri internum, collum uteri et pudendum s. colli orificium. de quibus singillatim./

Nomina varia — Pudendum muliebre, Vulva, cunnus, s. αἰδοῖον γυναικεῖον dr in quo variae sunt partes. Pubes, monticulus, labra duo, magna

rima

rima, ala, nymphæ, caruncula quatuor, clitoris, ꝓ urina meatus./

Os. pecten, pubes. χτεὶς, τρίχωσις ἐπίσειον in anterior ossium pubium parte situm est./ — pubis situs ꝓ Noia

Monticulus s. mons veneris pars est pro: tuberans pilis decorata./ — mons Veneris qd

Labra suo cutanea sunt, sed spongiosa adipe multo confecta./ — labiorum vulvæ substantia

Rima, scissura, fissura vel σχίσμα longior est foramine qd penem admittit quam cutis membranaque crassior non ita in partem dividi potuisse./ — Rima varia Nois

Alæ vel πτερύγια s. πτερυγώματα molles sunt ꝓ spongiosæ quarum usus est ab ambientis frigore uterum ac vesicam tutari: tum et urinam inter duas parietes deducere. Nymphas quidam vocant./ — alarum substantia usus

Sub aliis 4or sunt caruncula membranulis cooperta: anterior una vesicæ orificium tegens, posterior altera ꝓ duæ laterales non transversim sed in longum sitæ. Quarum usus est uterum ab aere ꝓ externis capsulis tueri ꝓ in congressu venereo mariis pudendum titillare./ — carunculorum situs usus

Clitoris in superiore ꝓ anteriore vulvæ apice apparet Avic. albatram vocat s. virgam. Alb. tentiginem Col. amorem ꝓ dulcedinem Veneris. Nos mentulam muliebrem ꝓ penem foeminarum. Longa est duo eaque ab ossibus pubis orta, intus spongiosa, atro sanguine plena ꝓ 4or explicit musculorum ꝓ in extremo aliquid glandi simile qd tenuissima cute præputii instar — Clitoridis situs ꝓ nomina varia; clitoridis γρόφο

tegitur

Usus clitoridis — tegitur. Cujus usus est in confricatione tempore coitus excitare facultatem./

Colli uteri circumscriptio — 2a uteri pars collum dicitur aut cervix uteri totum id complectitur quod a caruncula ad os usque internum extenditur. Sunt qui velint reperiri in medio eius membranam quam hymen et claustrum virginale vocant, quam tamen nunquam reperiri existimo./

Os uteri internum — 3a pars uteri orificium aut os internum vocatur, meatus est satis angustus in quo uteri ampli-

Figura — or tandem desinit extremum canini oris impressum in lucem editi simile, per se fidem in partu rotundum fere coronae modo. Hoc angusto orificio maior fimus,

Substantia — uterus pollutus: crassa quae est huius orificii substantia. Sed paulo ante partum eradit crassior, quod vix fiat quoddam corpus solidum connascitur in dilatandi citra laesionem in partu commodius fit

Uteri fundum — 4a pars fundum uteri dicitur. Semini excipiendo, concipiendo, suoque complexu fovendo ad foetus procreationem dicata. In fundo uteri unica est cavitas

Cavitatis uteri divisio — quae in dextram et sinistram partem dividi solet. Obscurae cavitatem hanc cingunt quibusdam asperitatibus ut ad semen facilius retinendum,

Uteri processus — Ad fundi uteri ~~latera~~ duo sunt processus cornua vocant, in hos procedunt semina vasa expanduntur, qua in hos ejaculatoria vasa desinunt./

Liber octavus

Quae requiruntur ad perfectam generationem

caput Primum

Quae requiruntur ad generationem — Ad perfectam generationem tria haec vero concurrunt

Semen

spermum discernimus, utrumque congressus per seminum effusio./

De corporis Generationis Semine & Sanguine caput Secundum

Duo sunt principia nostra propria semen et maternus sanguis: semen paternum est a quo, tanquam efficiente, opifice fit conformatio; et ex quo tanquam materia, spermatica partes generantur: sanguis vero maternus solum passivi principii rationem habet./ — principia propria duo

Semen definitur corpus humidum, calidum, spumosum, pallidum (primum permistione et motu) post album ex reliquiis alimenti ultimi scilicet sanguinis per spermum vbique obversantium permistione, in testium ex coctum elaboratumque ad perfectam naturae generandi./ — Semen quid

De materno sanguine, altero Generationis Principio caput Tertium./

Sanguis maternus seu menstruus Hipp. καταμήνιον nomina varia ἄγια v. μῆνες, καθάρσεις, ἔμμηνα, ἐπιμήνια, γυναικεῖα. dicitur.

definitur excrementum alimenti ultimi partium carnosarum sanguineum, quod certis temporibus per statas periodos, moderate nisi [illegible] per uterum expurgatur, ad foetus generandum et nutricatum./ — definitio

De conceptione caput Quartum

Conceptio κύημα seu κύησις vivificatio est seminis foecundi ad fiendum foetum pendens a proprietate — Nomina varia — Conceptio quid

proprietates uteri.

Conceptionis modus

Conceptionis modus hic est. Mas delectatione [illegible] in uteri cervicem semen effundit, foemina eodem instanti non modo intra se semen eiaculatur sed et [illegible] virile semen effusum [illegible] interno quasi manu attrahit et in sinus suos recondit quod ut retineat, foveat, et perfectius seminum vires suscitet, corrugatur [illegible] osculum internum exquisite clauditur sic quod [illegible] in eum [illegible] irrumpit.

De signis conceptionis vide hoc caput apud Laurentium et alios.

De partium conformatione caput quintum

Conformationis modus

Septimo [illegible] in seminis mole sex et octoginta dum agitur incipit dissimiles eius partes [illegible] tenuiores quae et magis spirituosae intro recondunt; crassiores vero frigidiores et viscidiores exterius obducunt; ab his frigidioribus viscidioribusque formari incohant membranae [illegible] effugit [illegible] tenditque, ut in eis tamquam [illegible] concludantur interior spirituosa seminisque pars nobilior et ne tenellus embryo uteri duritie laedatur. membranae illae duae sunt chorion et amnios

Chorion
Usus

Chorion nervosa est validaque quae ipso partu foetum ambit: cuius usus est ut [illegible] vinculi instar venas et arterias umbilicales fulciat [illegible]: In ea non sunt cotyledones i. tubercula papillis mammarum similia ut in brutis: sed [illegible]

vias

vilem quasi massa quaedam carnea ex infinitis
venarum et arteriarum ramusculis et sanguine
velut affuso contextam: placentam vocant. s.
[illegible] osculorum [illegible] uterinum [illegible]. /
Amnios, conceptus amiculum, chorion vir- Nota vocem
ginea libra et quod ex parte posteriori quam in utero
placenta, ubi ventrio firmiter adnascitur: Urina Amni. Urinae
na et sudoris et conceptaculum quibus aquis
in partu [illegible] osculum lubricum redditur. -
Tegumina haec sibi mutuo commata unum corp[us] Secundinam [illegible]
officium δεύτερον s. ὕστερον secundam vel
secundinam vocant.
Ubi jam membranis obvallata est seminis - confirmatio partium
pars interior et nobilior statim aggreditur - interiorum
nunc per totum seminis molem vagatur spiritus
et cum procreatrici facultati duae famulantur
immutatrix et conformatrix (qua seminis
materia alteratur et disponitur mox eodem fere
momento partium omnium spermaticarum (qua
stamina rudioribus quasi lineis et simul
adumbrantur tum tres ampullae spectat prin
cipum partium rudimenta et mille filamenta
vasorum et spermaticarum partium velut sta
mina [illegible] lineae.
Hinc iam spermaticarum partium fundamentis
singulae suo quaeque ordine proficiuntur. Nobili quae partes (qua
ores et magis necessariae omnium (qua ut tria prima et totum confirmantur
venae, arteriae et nervi. /
~~Ex ossi~~ partes duriores et solidiores ossa simul ossium confirmatio
figurantur [illegible] proficiuntur: nam ex ossibus

alia

alia celerius alia tardius proficiuntur. Costae, genua inferior, auricularum ossicula, claues, os hyoides primo duobus ossium acquirunt naturam. Brachij, tibiae et femoris ossa imperfecta sunt epiphyses: Max^la superioris, utriusque manus, spinae et dorsi ossa cartilaginea sunt tantum. Cur celerius fiant et perficiantur ad finalem causam necessitatem referenda est.

Tempus conformationis

Mares xxx. diebus foeminae xL. aut xLij proficiuntur.

De prima conformatione a sanguine

Altera foetus conformatio fit a sanguine menstruo ex quo carnosae partes. sanguis enim non prius affluit quam delineatae sint partes spermaticae affluit autem per venas umbilicales. parenchymata primo creantur, tum singularum partium caro, postremo musculorum carnes. primum parenchymatum est hepatis, tum cordis, postremo reliquorum viscerum.

De foetus Nutritione & quomodo naturales facultates exerceat.

caput Sextum

Prior foetus vita prima post conceptum diebus simplicissima est et sine nutricatu proficitur partium enim nullus est substantiae sed hic suo calore et spu insito fovet. nutritio vero incipit cum partes discretae et delineatae sunt. Nutritionis frequens. ea est ratio.

foetum

Foetus nutritionis ratio

foetus materno utero vasorum et membranarum in-
terjectu alligatur, ~~per oscula venarum~~ per oscula
venarum miro artificio coeuntia maternum san
guinem trahit, eumque purissimum. Hunc per ve-
nam umbilicalem, quae portae est propago et ad
proximam fissuram fertur, in hepatis corpus
refundit, ibique magis perficitur. mox per por-
tae radices crassior crudiorque eius pars in ventriculum,
lienem, et intestina distribuitur: cuius reliquiae
per splenicum et mesentericum ramum in cavi-
tatem intestinorum amandantur, ibique sensim
colliguntur, et diutina mora ita resiccantur,
ut et crassitiem et colorem atrum meconio similem
acquirant. Purior et magisque percocta san
guinis pars, in cavam truncum: a quo per ra-
mos ejus per rivulos, in singulas corporis
partes diffunditur. Sanguinis a foetu
profundentem suo munere partim per sudores et
halitum digeritur, partim a renibus traditur
et ab his per ureteres in vesicam transcolatur
a qua per urachon intra membranam amnion,
sudori concipiendo et urinae continendae dicatam.
Urachus non praeter situm musculum, nam qua mul
lum circa tempus foetui intestinum ad singu
gulas concocta reconde[n]da.

Quomodo vitales facultates exer-
ceat foetus caput Septimum

Vivit in utero foetus dissimili prorsus modo, quam dum,
in

quae facultates vitales operibus fetus — in lucem editus est: nam nec thoracem distendit, contra:
rium, quia spiritum aerem non ducit. nec vitales illos gignit
spiritus (quia materna suavit) nec denique cordis et pul:
monum motu opera agit, (sola quippe transpirat
per arteriarum pulsus ~~indiget~~ singularum partium
calorem fovet, conservat et reficit.

Dissimilis sane vita dissimilium organorum structu
ram et usum fecit. fungitur quippe vena arteriosa — quia vena arteriosa utitur in foetu
non venae sed arteriae munere: vitalibus enim defert — arteria venosa utitur in foetu
spiritus non sanguinem, quem accipit ab aorta: Arteria
vero venosa venae fungitur officio, sanguinem enim
crassum et rubrum defert ad pulmonum nutrimentum
quem accipit a vena cava. Quod ut fieret Natura — Vena cava per arteriam venosam anastomosis
vasa sane duo contigua venam cavam et arteriam
venosam amplo et rotundo foramine sociavit. Cuique
foramini membranam tenuem et pellucidam operculi
instar praefecit, ut sanguini a vena cava impetu
affluenti cederet, quo prohiberet vero ne sanguis in
cavam remearet: Venam vero arteriosam et aortam — Venae arteriosae et aortae anastomosis
quae delabuntur inter se aliquantulum breui quodam
canali arterioso obliquo coniunxit: ut ab aorta
ad venam arteriosam vitalis spiritus perveniret.
foramen illud (venae cavae et arteriae venosae) paucis post partum diebus ita
occaecatur, ut nullum illius appareat vestigium,
canalis vero aortae et venae arteriosae primo quoque diebus
videtur apparere, tandem ita coniungitur ut aliquando
oppilasse videatur.

De Motu & Situ pueri in utero, quae facultates sunt animales caput octavum.

quo foetus movetur — Movetur foetus in utero si mavis sine sensu:

si foeminae quam maris adeoque motus per conformationem proportio sit dupla./

Situs pulli in utero

Quod illud ita situs est in utero ut quasi contractus conglobatusque sedeat manibus genua apprehendens in qua caput dimittit, ut ~~utrinque~~ oculi utringue mammis pollicibus affixi haereant: nasus vero inter genua procumbat./

Infantis exclusio seu partus cap. IXum

partus causa

partus modus

Grandior & Calidior factus foetus altum aerem pro solidum postulat quod utrumque cum non potest suppeditare mater exitum sibi parat per calcitrando membranas quibus involvebatur dirumpit: Uterus vero distentionem hanc molestè ferens per foetus nimium aucti mole, onustus pro ea qua valet vi expultrice ad foetum excludendum connititur: atque tum ex parte foetus et uteri contentione prodit in lucem primo non in pedes aut oblique sed in caput: gravioribus enim sunt partes superiores prae umbilico tamen est stativa appensae [illegible] deorsum feruntur: Hanc foetus & uteri juvat contentionem tum Voluntarius parturientis conatus, qui fit contracto spiritu & depresso diaphragmate: tum obstetricis manus qua puerperam recte collocat, bene prodeuntem foetum molliter excipit, infeliciter prodeuntem dirigit, secundinas vero haerentes suaviter excipit./

qua parte prodeat foetus

feliciter partus causae adjuvantes

Tempora partus

Tempora huius partus sunt Septimus, octavus Nonus, decimus & Undecimus mensis: ante

Septimum

septimum mensem nullus est partus, sed abortum nec vivum foetus quia non perfecti. Quod ita mensem intelligimus solarem qui est xxx dierum. Qui in principio, medio aut fine septimi mensis nascitur septimestris dicitur. Septimum mensem ultimum circumscribit Hipp. Clxxxta diebus accedente diei particula. Finem septimi mensis designat tribus hebdomadum decadibus id est ijcd x diebus. Et ita de reliquis proportionatim

cur octimestres partus non vitales — Octimestres partus non vivunt quod duas afflictiones sibi invicem succedentes ferre non possunt. Nonus mensis maxime naturalis est /

Liber Nonus

Singularum thoracis partium brevis descriptio Caput Primum.

Thoracis circumscriptio — Thorax hic a jugulo et cartilagine xiphoide circumscribitur.

figura — Figuram habet oblongam, rotundam non exquisite sed antica et postica parte latam ut amplior pulmoni et cordi relinquatur capacitas.

structura — Thoracis superficies externa partim ossea est ad cordis robur et ad cavitatem effirmandam: cavitas vero ad faciliorem diastolem et systolem.

situs — Situs est inter supremam et imam regionem ut calorem influentem in singulas corporis partes aequaliter diffunderet.

Thoracis divisio — Thoracis partes aliae sunt continentes, contentae aliae. Continentes communes sunt quibus etiam hic propriae aliae sunt

cav ntae

cavitas, et quibus l. 6. alia ossea, cartilaginea et siue l. 2 et membranea aliis. dic. a. sunt plu... continentes propria et mediastinum. Contenta sunt Cor, pulmo, Vena cava ascendens, arteria magna, vena arteriosa, arteria venosa, oesophagus et nervus 6ᵃ conjugationis. contenta

De Mammis caput. Secundum

Mamma, ubera 6. μαζοὶ, μαστοὶ, τιτθοὶ, τιτθαὶ, τιτθία. In maribus ex cute, adipe et papillis conflatae sunt, nec usum suum nisi ornatum. In foeminis praeter haec adsunt corpora glandosa venarum et arteriarum myriadibus ab axillari et subclavio intertexta, quibus solicita facultas γαλακτοποιητικὴ insita est: ad papillam circiter glandula una ceteris major inest, cui aliae parvae subjiciuntur. Nervos accipiunt maxime conspicuos a costalibus.

Noa varia mammarum virorum structura

mammarum mulierum compositio: vena, arteria

nervi

Sitae sunt mammae in anteriore thoracis parte, quia copiosius eo affluit sanguis, tum quod regio illa calidissima est ad Lactis gratiam.

Situs

Mammarum usus in foeminis sunt varii 1° ad lactis gratiam pueri educationem

mammarum Usus 1°

2° ad viscerum contentorum robur 2

3° ad ornatum et viri delicias 3

4 ex 4

Mammarum extrema ... duo sive papilla aut pabula quarum substantia fungosa est papillam ambiunt circulus niger areola 6. ...

papilla quid

De Musculis Thoracis caput 3

Vide Librum quintum ubi ... ... est

De

seu nomina

De Diaphragmate caput quartum

Nom. varia — Septum transversum G. διάφραγμα aliis διάζωμα, ὑπόζωμα et περίζωμα L. cinctum, cingulum Maur. dissepimentum

definitio substantia compositio — Diaphragma musculus est carnosus et partim membranosus duabus venis (a cava ascendente) totidem arteriis (ab aorta) nervis utrinque duobus a spinali medulla quarta scilicet et 5a vertebra, nec non tunicis duabus superiore a pleura, inferiore a peritonaeo, foraminibus duobus perviis et praecipuum respirationis organum.

Situs — Situm transversum et obliquum obtinet diaphragma

Usus 1us — Diaphragmatis usus sunt tres 1us ut liberae respirationi inserviat.

2 — 2us ut hypochondria ventriculo, maxime vero separet.

3 — 3us ad faeces per inferiora excernendum.

De Pleura & Mediastino cap. 6

pleura quid — Pleura membrana est tenuis sed firmissima venis (ab azygo et intercostali) arteriis, nervis (a 6a conjugatione et spinae origata), a natura dicata ad pulmonum tutelam et ut mediam regionem pectoris omnes musculos colligat nec non vasa quae per costarum spatia excurrunt stabiliat et fulciat.

usus

mediastinum quid — Mediastinum nihil est aliud quam duplicatura pleurae dextram thoracis partem a sinistra dirimens: cujus longitudo est a jugulo ad diaphragma; latitudo a pectoris osse ad vertebrarum corpora.

usus 1us — Duplex est mediastini usus primarius est tum ad viscerum suspensionem, tum ad vasa firmanda stabilienda

2us — Cavendum est ne una parte laesa altera in illius contagium trahatur

partium

Partium in Thorace contentarum Breuis Enumeratio caput Sextum

Lege caput 1mum huius libri in quo de his actum est

Venae cauae ascendentis distributio Caput Septimum

De venae cauae ascendentis distributione copiose disseruimus L. 4. c. 6. huius operis.

De Arteria magna ascendente cap. 8um

Arteriae magnae ascendentis historia ex c. 10. l. 4 repetenda est.

De Pericardio caput Nonum.

Pericardium Hipp. χιτών [illegible] L. cordis involucrum vel Noia varia
capsula, arcula, casula dr. membrana est crassa substantia
& turbinata [illegible] quibus cor situm obtinendo. Vv: figura. Situs
[illegible] habet cordis [illegible] & peculiaribus à - vena
ramo subclauio [illegible] accipit a recur- nervi
rente sinistro. oriturque [illegible] a 4 origo
vasorum cordis tunica, & diaphragmatis [illegible] connexio
circulo valido alligatur. cuius usus est cordis usus.
tutela.

Cordi non immediate adhaerescit pericardium sed - aqua pericardii
[illegible] ab eo distat quam eius motus postulabat in usus.
quod spatium [illegible] serum & aquam conijcit ad
cordis refrigerationem in qua cor innatans mi-
nus grave esse animanti.

De Corde caput Decimum

Cor. 6. καρδία [illegible] cuius basis [illegible] Noa varia, dimi
nuevo

mucro viro nobis

Definitio Substantia | Definitur pars organica calida sicca [illegible] cavus adipe (ad cordis refrigerationem) venis & arterijs (coronarijs) [illegible] a b[illegible] villorum [illegible] propria [illegible] a natura destinata ad vitalem spiritum & sanguinem arteriosum gratiam.

Usus | Caro cordis dura est & crassa propter ipsius motum continuum & vim illam suam caloris influentem suum spiritum vitalium sicut mucrone caro solidior propter [illegible] fibras.

Figura, Situs, | Cor pyramidale est, situm in medio thorace, mole [illegible] [illegible] ad faciliorem systolem & diastolem in qua mucro ad basim accedit.

De Ventriculis, auriculis, vasis quatuor & Membranulis cordis cap. XI

Nomina varia | Ventriculi cordis G. γαστέρας Gal. κοιλίας Iul. poll. κόλπους L. Ventres, Sinus, Spirus, Thalamos, dormitoria. duo sunt dexter Sanguineus dictus

Numerus | [illegible] ad coni extrema non pertinet. Sinister [illegible] arteriosus & adversus ductus ad coni extrema prolonges dextro longior [illegible] [illegible] triplo crassiore obvallatus

Septum medium | Utrumque cordis ventriculum dirimit septum [illegible] medium [illegible] [illegible] miscentur. crassum & multis foraminibus pervium: ut a dextro in sinistrum spiritus facilius sit aditus.

auricula | Ad utrumque ventriculi latus duae sunt appendices membranosae auriculas vocant quarum dextra & amplior vena cava ostio praeposita: sinistra vero & minor in arteriae venosae orificio

Usus 1° | sita est. Earum auricularum usus multiplex est. 1° Ut venarum fortis intro occurrentium impetum

obtundant.

obtundam./

2° ut vena cava et arteria venosa in volutione cordis motibus disrumpantur. 2

3° ut folliculus instar cor refrigerandum 3

Quatuor sunt in corde vasa insignia: in dextro ventriculo duae venae, vena cava et vena arteriosa: in sinistro duae arteriae arteria venosa et aorta. Vasorum cordis numerus

Vena cava in dextrum cordis sinum satis magno ostio sanguinem ad pulmonum nutritionem et vitalis spiritus gratiam refundit: qui sanguis in dextrum receptus per venam arteriosam ad pulmones deferetur./ vena cava; vena arteriosa

Arteria venosa aerem in pulmonibus praeparatum defert in sinistrum sinum, fuliginosos vapores expellit et vitalem spiritum partim in pulmones diffundit./ arteria venosa

Arteria magna s. Aorta sanguinem arteriosum excipit et in omnes corporis partes distribuit arteria magna

Quatuor horum vasorum ostiis valvulae i. valvulae praefectae. Venae quidem cavae et arteriae venosae tricuspides s. trisulcae et τριγλωχῖνες sunt quidem duae hic ut quisque fuerit ostium non claudantur ut fuliginosis spiritibus semper pateret exitus: illi vero tres valvulae praepositae sunt. Venae arteriosae et aortae tria oscula sunt valvulae sigmoides. Usus valvularum venae est ut id intromissum fuerit in cor, per eadem vasa non refluat: aut quod aliquando e corde effusum fuerit in ipsum redire non possit./ valvularum usus

In cordis diastole valvulae omnes expanduntur, quia

distenditur

distensis tricuspidib multae velut rimae effici-
unt. Semilunares vero vasorum suorum ostiola
clauduntur in systole contrahuntur vero valvu-
lae tunc tricuspides et eae rimae clauduntur, quae
dilatatae efficiebant: Semilunares vero corru-
gatae fissuras committunt per quas liberior
egreditur sanguis./

De Pulmonibus caput duodecimum

Nomina varia — Pulmo organum est spirabile et vocale. Graecis
ἐρρασήριον. b. πνεύμων. Hipp. φάραγξ. ...
et molle. Plat. ἄρμα μαλακόν. Arist. cordis fla-
Situs — bellum et ventilabrum. Situs est pulmo in u-
Figura — traque thoracis amplitudine. Figuram pedis bubuli
habet in plures lobos diruptam, ne cum dorsum
flectimus comprimatur. Pulmo magnus est
Magnitudo — ut plurimum aeris contineat et spiritum cordi be-
Temperies — ne diutius calidus et et siccus a thorace
Substantia — moventur vacuus. Carne constat levi,
rara et spongiosa, qua triplici vasis sustinetur,
vena arteriosa, arteria venosa et aspera arteria.
coeunt arteria venosa oscula cum osculis aspe-
rae arteriae et artificio, ut aeri et vaporibus fu-
midis liberior patebat ingressus spiritusque sed non
sanguini et cartilagine tribus nisi impulsu et pro-
tractus. Tunica tenui obducitur ne gravior redda-
tur pulmo, tum ut per eam sua pondera facili-
us. Tunicam hanc pauci attingunt nervi a
6a conjugatione nervorum pulmonum substantiam. Cordi
committitur per venam arteriosam et arteriam veno-
sam: dorso per asperam arteriam./

Pulmonis usus sunt varij: 1.us ad vocem edendam pulmo inservit. 1
2.us ad aerem praeparandum. 2
3.us ad cordis refrigerationem 3
4.us ut sit velut substaculum quoddam cordis./ 4

De Collo et eius partibus caput XIII.

Collum vel αὐχένα seu τράχηλον dicebant cuius partes sunt exteriora vel interna: exteriora antica, ~~vel~~ postica vel lateralis; pars anterior λαιμὸς seu δειρή dicitur guttur, gula, jugulum, pars superior βρόγχος quibusdam vulgo morsus seu pomum Adami appellatur: inferior ὑποδειρίς: cuius pars anterior quae juxta claviculas cum pectore jungitur κατακλεὶς et παρασφαγὶς vocatur. Cavum quod est inter utramque claviculam σφαγή vel jugulum. posterior colli pars αὐχήν vel cervix dicitur cuius pars superior τένων ~~tendo~~ λόφος λοφία vel tendo dicitur: cavum vero inter [illegible] [illegible] vertebram ἐπισφαγεὺς fovea Latinis appellatur: Pars inferior qua dorso committitur ἐπωμὶς dicitur: Laterales colli partes sub auribus παρωτίδες, quae in parotidibus ad arterias arteria lateralia tendunt τέθρα vel cornua. Tibbia partes laterales seu cavitates vertebrae adnatae παραλοφίαι.//

nova varia colli divisio

. Internarum partium aliae sunt anticae, posteriores colli posticae aliae: Anticae sunt aspera arteria, larynx interna, eius musculi, jugulares venae, carotides arteriae, nervus 6.ae conjugationis cum recurrente, oesophagus et musculi quidam capitis et colli. posticae colli partes sunt musculi scapulam extendentes, scapularum levatores et

trapezius

sepletis vertebris, medulla spinalis prorsus quamplurima./

De Aspera Arteria caput decimum 4um

Noīa varia — Aspera arteria est βρόγχιον. βρόγχος Hipp. ἀρτηρίη καὶ τραχεῖα Lactantio spiritalis fistula

Et situs — est vero pars organica ex cartilaginibus semicircularibus, tunicis exteriore et interiore, venulis arteriolis ac nervis constans a natura dicata

Usus — ut aerem in pulmones adducat, fumidosque vapores ab eodem pulmone excipiat.

cur aspera arteria non est tota cartilaginea — Totum arteriae corpus cartilagineum non est quia ad inspirandum dilatari et ad expirandum contrahi oportebat./

Tunica — Interior asperae arteriae tunica [deleted] est crassior ut ab his a cerebro defluentur acrimonia laederetur siccaque est moderate ut vox esset magis sonora.

Aspera arteria ubi ad jugulum pervenit bifido distracta in pulmonibus numerosa ramorum serie spargitur inter venam arteriosam et arteriam venosam media, ut ab illa sanguinem trahat, per istam aerem transmittat, ab eaque fumidos vapores excipiat./

De Larynge caput decimum 6um

De Laryngis cartilaginibus lege caput 8um L. iij. De eiusdem musculis vide c. xx. l. 6. Laryngis musculi proprii nervos sine a recurrentes dicto. Hi vero ortis sunt laryngis musculi aut ab inferioribus partibus aut a media basi tyroidis oriebantur: nervus a. aut in

Nervi laryngeque unde

caput, cum in verticem insereretur, erat necesse ad finem: oportuit inferiora ab inferioribus partibus venire non a spinali medulla quae commune: nervorum oportuit obliquum esse ideo a cerebro quos ideo reflecti oportuit instar ductarum funium q[ue] ... trajectum, ut sic essent obtensi p[ro] validiores./

Venae p[ro] arteriae et Larynx a jugularibus venis et carotidibus.

Ad latera laryngis duae sunt glandulae glandulae ... suo subditas parotes irrigantes./

De Epiglottide & Glottide cap. XVIII

De epiglottide lege cap. VII. l. 3.

Glottis rimula est ex duobus arytenoides processibus. Glottis efformata.

Inter glottida et epiglottida duo sunt sinus in sinus branchij aeris conceptacula./ v. c. VII. l. 3.

De Oesophago caput decimum VIII

Gula. Lat. cibaria fistula, Gr. οἰσοφάγος, σόμα nom. varia ... Arab. unde ductus est a faucibus ad ventriculum pertingens quo cibi et potus primum q[uo] agitati p[er] motibus linguae detrusi in ventriculum illabuntur.

Oesophagus aspera arteria supra extensus ad situm ... usque thoracis vertebrarum, fistulae ubi paululum ad dextram inclinat, ut aortae cedat.

figuram et oblongam, rotundam p[ro] satis capacem figura

membranea

membrana — Membranae duae sunt quarum exterior tota fibrosa et carnosa villisq. constat circularibus et transversis quorum ope alita trudituq. ventriculum. Si rectorum circularium contractio ab ore incipiat et e ventriculo noxia pellit. et vomitum si deorsum contractio ab orificio ventriculi incipiat. Tertiam tunicam et a ligamentis vertebrarum

Venae, arteriae, nervi — Venae et a vena cava. arteriae ab aorta, nervi a 6a conjugat. stomachicae dictae

Glandulae — In medio oesophago duae sunt glandulae quorum usus est ut transitum expeditiorem praebeant cum fit profundam.

Connexio — Connectitur oesophagus ori et ventriculo pro corporis continuitatem, arteriae asperae, dorso et viciniis partibus fibrarum, membranarum et vasorum interjectu.

Liber Decimus

De Capitis, figura, situ & Magnitudine, caput Primum

Nom. varia — Caput s. κεφαλὴν κάρηον, κάρηνον [illegible]. Hom. κόρσια et aliis κάρα, κόρυς, κόρσος. κρανίον circumscribitur vertice et prima colli vertebra. contra Lege c. by. libri pri.

Singularum capitis partium breuis descriptio caput Secundum

capitis diuisio — Caput diuiditur in partem capillatam & non capillatam

capillatam: illa τριχωτὸν L. caluaria: sive ὑπὸ πρόσωπον; πρόσοψις L. facies pro vultus dicitur.
Partis capillatae circumscriptio περιφέρεια pro στεφάνη cuius pars anterior βρέγμα, sinciput; posterior ἰνίον Scotis vocatur: media κορυφή, μεσοκράνιον, ἑλιγμὸς L. vertex dicitur. Laterales partes κρόταφοι, κόρσαι, κόῤῥαι L. tempora. — *partis capillatae divisio*

Universa caluaria partes aliae continentes, aliae contentae: continentium quaedam communes, quaedam propriae. Communes sunt pili, cutis, panniculus carnosus: propria, pericranium, ossa cranii & propriae meninges duae, dura & tenuis. Contentae sunt cerebrum, cerebellum & Nervi. — *capitis alia divisio*; *communes ~~propria~~*; *propria*; *contenta partes*

De partibus continentibus communibus ac primum de Pilis c. iiii.

Pili s. τρίχες partim cum aliis sunt συγγενεῖς, ut capitis, superciliorum & palpebrarum: vel ὑστερογενεῖς, ut pubis, alarum & menti. — *Nóa varia pilorum divisio*

Pilorum tota congeries κόμη, coma, λάχνη: in Viris caesaries: in mulieribus coma: separatio a vertice ad frontem protensa est λύσωμα, λύσωσις L. discrimen, aequamentum. Cumulus in fronte πρόκοτα: in occipite χαῖτα L. iubae, crines. — *partis capillatae divisio*

Primus eorum exortus in temporibus ἴουλος L. lanugo, radices pilorum nascentium ἴονθοι.

Pilorum materia duplex est ex qua et in qua. Materia pilorum causae

caā maālis — ex qua generantur pili excrementitiis est 3ª coctionis Maā in qua cutis est moderate sicca & rara;

Efficiens — Efficiens est calor moderatus: forma pro accidenti

fōalis — quadam designatur colorum scil. figurarum & situs etc.: Color est producenti similis est

finalis — finalis pilorum caā triplex est sultorum partium tutela, ornatur, & fuliginum excretio./

De cuticula cute, & panniculo carnoso capitis caput Quartum

De his lege l. 5. nota in cuticulam in capite crassiorem esse & cutem exquisito sensu non esse praeditam./

De partibus continentibus proprijs ac primum de Pericranio c. 6.um

pericranium quid — Pericranium membrana est densa & solida nascitur a crassa meninge villorum beneficio quos per suturas emittit

obseruāo — Obserua pericranium versus caluariam vlaris nisi qua parte spatia musculus oritur dnuil fronto & supra crotaphitarum vsq ad ossa jugalia,

De Cranio caput Sextum

Lege caput 67. 68. etc. l. 5ti vbi de cranio abunde actum est./

De Membranis Cerebrum velantib ac primum de dura meninge c. 8um

Noā varia — Cerebri membranae Arab. matres appellant & μήνιγγας

μήνιγγας Erasist. ἐπιχοροειδὰς Poll. ἐκλαμίδας.

Exterior membrana dura mater appellatur figura duræ meningis
sua & magnitudine ossibus calvariæ proportione res- figura, magnitudo
pondet: basi calvariæ adhæret fortius, inter quam par- connexio
tem sita est glandula pituitaria, alligatur ex ramis &
villorum interjectu, utrique membranæ communi et ve-
narum interventu. Reduplicatur in capitis vertice,
cerebrique partem dextram à sinistra disjungit & ad di-
midium ejus cerebri pertingit, quæ duplicatio falx dicitur falx
posteriore parte quadruplicatur cerebrum a cerebel-
lo dirimit.

Inter has duræ meningis duplicaturas 4or sinus Sinus cerebri quatuor
conspicui sunt qui vasorum loco sanguinem per ce- eorum usus
rebri substantiam effundunt ad ipsius nutritionem &
spirituum animalium gradum. Ex his sinibus duo sunt sinus duo laterales
laterales eorum exortus est juxta magnum occi-
pitis foramen & finiunt ad suturam lambdoidem
proximum ubi coëunt ambo. Ex horum coalitu 3us 3us sinus
nascitur sinus, qui per sagittalis suturæ longi-
tudinem excurrens ad narium ossa fertur & torc-
cular dicitur. 4us sinus omnium brevissimus inter cerebrum 4us sinus
& cerebellum collatus, ad cerebri clunes finitur.
In cerebro et duræ membranæ venarum orificia dicta
sunt sparsim, arteriarum sursum.

Duræ meningis usus multiplex est. 1mo ut cerebrum Duræ meningis usus 1us
& spinalem medullam tegat aliis ita ut ab extrinse-
cus irruentibus injuriis tueatur.
2o ut cerebrum in dextrum & lævum, in anticum & 2us

posticum

speciem divinae:
3° ut ossi caluariam nutrientibus vasa excipiat./

De Tenui meninge c. viij.

cur pia mater tenuis sit — Quia mater tenuis est, ut ossi cerebri simul ac ei insinuet: tum, ne gravitate sua cerebro sit molesta: tum denique ut vasa per totum cerebri corpus deducat, et dicitur χοροειδής s. secundina.
Haec membrana immediatum est cerebri velamen, per ejus profunditates sinus ventriculos penetrat, sed non ad ventriculos usque cerebri non a superioribus partibus sed ab inferioribus.

De Cerebri praestantia, situ, figura, magnitudine, substantia, temperie, motu, sensu & Usu cap. Nonum

cerebri praestantia — Cerebrum non modo sentiendi sedes et motuum προαιρετικῶν artifex est sed & sapientiae, mentis, judicij & cogitationum est domicilium cui omnia famulantur et cujus gratia totum corpus constructum
Situs — est. in editissimo loco situm est capitisque continentia
figura, magnitudo — figuram refert. Magnum est ob principum facultatum, quae maxime spirituum indigent copia varietatem
Substantia — Cerebri substantia mollis est tum ut idolorum facilior fiat impressio: tum ut flexibilis magis sine nervis et tum etiam quod spiritus magna est spiritualis, tum etiam
temperies — finis ut spiritus essent limpidissimi. frigidum est cerebrum ne spiritus cum tenuissimi tam cito evanescerent.

cerebri

Cerebri usus est ad interiorum sensuum et principum facultatum functiones edendas et ad spiritus animales generandos. — cerebri usus

Movetur cerebrum motu naturali ex suo proprio et peculiari ad animales spiritus generandos, temperandos et expurgandos: tum alio extraordinario quippe in diastole trahit ex mirabili plexu spiritus et e naribus aerem: in systole interiores sensus coarctat et animales spiritus a superioribus ventriculis in tertium quartumque, tum in subiecta organa profundit. — motus cerebri — motus cerebri usus

Sentit cerebrum ἐνεργητικῶς καὶ παθητικῶς — sensus

De Singulis Cerebri partibus cap. X.

Cerebri partes duae sunt anterior et posterior. Anterior ἐγκέφαλον et cerebrum dicitur: posterior cerebellum. Cerebri portio superior κιρσοειδής i. varicosa dicitur: inferior τυλῶδες σῶμα aut callosum corpus appellatur in quo duo sunt ventriculi anteriores vocat Gal. ventriculus superiores; figuram referunt auricula sua. Siti sunt in medio cerebro. omnium sunt amplissimi quod spiritum crassiorem continuant et gemini ne uno laeso alterius functio animalis tam [illegible] intercipiatur. Eorum usus triplex est ad spiritum animalium praeparandum. 2us ad inspirandum et expirandum. Utroque fit plexus choroidis ope. 3us ad odores suscipiendos et sic fit processuum mamillarium beneficio. — cerebri divisio — ventricul. figura — situs — cur gemini — usus — 1us — 2us — 3us

Plexus choroides siti sunt in superioribus ventriculis — plexus choroidis situs

Suntque

plexus choroides quid — Suntq[ue] venarum et arteriolarum textura labyrinthaea, per tenuiorem membranam, sursum ascendentes portiunculam comprehendentes in quibus coquitur attenuatur et praeparatur animalis spiritus.

processus mamillares — Processus mammillares ab ima parte ventriculorum superiorum ad narium ossa cribri instar perforata, feruntur, tum his velantur membrana.

Septum lucidum — Ventriculos hos superiores discludit Septum lucidum, speculum lucidum s. lapis specularis

Camera — Fornix s. Testudo b. Corpus ψαλλοειδὲς, vel ψαλλοειδὲς et καμάριον corpus et camerae modo constructum tribus quasi columnis suffultum et

us[us] camerae — tribus arcubus constans: cujus usus est ut cerebrum sustineat ne tertium ventriculum comprimat.

Tertius ventriculus quid sit — Tertius ventriculus sub camera situs est, estq[ue] aliud nihil quam duorum superiorum concursus et communis cavitas in quam utrique simul humor suum deponit. Ex hoc ventriculo duo producti

infundibulum — ducuntur: quorum alter ad cerebri basim descendit in cujus extremo portiuncula quaedam tenuis membrana, primum latior, deinde angustior infundibuli instar conspicitur quam πύελον, χοάνην et pelvim

infundibuli usus — et infundibulum vocant per quod cerebri pituita

Glandulae pituitariae situs et usus — transcolatur. pelvi huic subjicitur glandula pituitaria quae cerebri superflua excipit et per cuneiformia foramina in palatum perpetuo instillat: ad latera apophyses clinoideos plexus choroides apparet

S

s. rete mirabili Galeni;
Alter 3.ii ventriculi ductus via est a 3.o ad 4.um 3.ii ventriculi 2.us duct.
Sinum, in qua plures sunt particulæ 1.o q. Glan
dula pinea s. κωνάριον cujus via est venarum conarii usus
venarum & arteriarum cerebri sic firmamentum
ut pateat spiri[tu]i ani[mali] a 3.o in 4.um Sinum aditus.
Conario a tergo utrinq contigua sunt corpuscu
la quædam rotunda seu duriuscula quæ γλουτια nates
s. nates vocantur sub quibus testes apparent testes quorum fissura anus d[icitu]r.
Horum usus est in canalibus tertij ventriculi in
4.um efformandis.
Quartus sinus cerebello et spinali medullæ 4.us sinus
com[muni]s est Calami scriptorii aptati figuram re
fert, quare calamum Herophilus appellat. in
p[rinci]pio 4.i sinus siti sunt processus vermiformes proc[essu]s vermiformes
qui cerebelli non cerebri sunt particulæ meat
tum a 3.o in 4.um ventriculum s[e]r[v]antes.

De Cerebello caput Undecimum.

Cerebellum s. παρεγκεφαλίδα, επεγκεφαλίδα &c. ἐγκ Noa varia
κρανον vocan[t], situm in occipitij cavitate, 4.r q[uo]stat situs
partibus quarum duæ laterales sunt, duæ in me structura
dio constitutæ sunt q[ue] processus vermiformes: quoru[m]
alter anterior, meatum a 3.o ad 4.um Sinum apertum
retinet: alter posteriori parti spinali medullæ in
cumbit et versus 4.um Sinum reflectitur, quod ap[er]
tum conservat./

De Spinali medulla caput duodecimum

Spinalis medulla s. μυελὸς ῥαχίτης partim a Noa varia
cerebro

dimisio Cerebro partim a cerebello oritur. dividiturque in eam quae est intra calvariam et eam quae est extra calvariam: ab illa septem nervorum paria oriuntur et processus mammillares praecipua odoratus organa: ab hac vero tot nervorum paria oriuntur quot sunt vertebrarum foramina. praeterea haec medulla motum non habet systoles et diastoles ut cerebri substantia./

Liber Vndecimus

De faciei dignitate & partibus cap. 1.^um

Nova varia faciei divisio Facies ἢ πρόσωπον duabus constat partibus superiore et inferiore: superior, frons seu vero μέτωπον dicitur: inferior facies dicitur.

Alia faciei divisio Rursus faciei partes aliae sunt continentes, contentae aliae; continentium quaedam communes sunt quaedam propriae. hae sunt musculi faciei et ossa moventes./

Sensus omnes in facie locatos esse: cur quinque tantum sint & Luce sui visionis praestantia caput secundum .

~~Vide~~ pag. 914./

De oculorum praestantia cap. Tertium

Vide pag. 916./

De oculorum structura in Vniversum caput quartum

Nova varia figura Oculi ἢ ὄμματα, ὄψεις rotundi sunt sed aliquantulum

oblongi

oblongi, ad capacitatem, robur et agilitatem. Siti sunt — Situs
in editissimo loco anteriori qua anteriorsum monstrant
aal, in profundo ut tutiores essent et minor spirituum
fiat dissipatio. duo sunt ob necessitatem. substantia — ambiunt - substantia
oculorum mollis, lubrica, splendens et pellucida
est ut celerius rerum omnium spectra, colores, imagi
nes exciperet. Hi oculi sunt temperato frigido et humido — temperam.
Committuntur cerebro per opticum nervum. — connexio

De singulis oculi partibus ac primum de musculis caput Quintum

De oculorum musculis actum est l. 6. c. xij.

De Tunicis oculorum caput Sextum

Oculorum tunicae sunt sex. 1a ἐπιπεφυκὼς L. — tunicarum numerus 1a
adnata, insensilis, candida, pinguis, consolidativa
album oculi et fundamentum nascitur ab ultimis
pericranii oris, nec totum oculum tegit sed ad cir
culum desinit iridem seu στεφάνην et γραμμὴν
κυκλοτερῆ vocant. Cuius usus triplex est. 1us — adnatae tunicae usus 1
ne ossium duritie laedatur oculus. 2us ut capiti — 2
connectat oculum ne in violentis motibus [illegible].
3us ut oculi musculos propriis sedibus firmet. — 3

2a Tunica κερατοειδὴς et σκληροειδὴς cornea et — 2a tunica
dura dicitur oritur a crassa cerebri membrana optici — ortus
medullam ambiente totumque oculum circumdat. Va
sorum est quasi cava sed aliter ab uvea mutuatur.
Eius duplex est usus 1us ut sit crystallini pro — usus 1
pugnaculum. 2us ut tenuiores tunicas et sedes? omnes — 2
complectatur.

Tertia

Liber Undecimus

3a tunica — Tertia tunica ῥαγοειδὴς ῥώξ. χοροειδὴς dr.
ortus — Uvea. oritur a tenui membrana, nervum opticum In-
vestiente, totum oculum ambit, nisi parte anteri-
ori, qua rotundo ac satis exiguo foramine per-
pupilla quid — viā est. ὁ κόρη γλήνη L. pupilla, pupula, nigrū
oculi & fenestra oculi dr. Sola haec inter oculi tuni
usus 1 — cas varie est colorata: cujus triplex est. 1º ut cry
stallinum defendat, ne cornea laedatur duritie
2 3 — 2º ut reticulari & corneae alimentum suggerat. 3º
ut colore nigro & caeruleo dissipatos spiritus re-
colligat & lucem externam splendoremque refringat./

4a Tunica — Quarta ἀραχνοειδὴς ambiens crystallinum
ambit immediate vitream cavam.

5a tunica — Quinta ἀμφιβληστροειδὴς s. reticularis dr. oritur
ortus — a medullari optici nervi substantia dilatata. Ser-
usus — vit ad spiritus per totum oculum diffundendum & spectra
s. species intentionales ad cerebrum defert

6a Tunica — Sexta ὑαλοειδὴς s. vitrea dr. estque processus quidam
ortus — choroidis crystallinum vitreo alligans firmissi-
usus — me, eumque aqueum a vitreo secernit./

De Humoribus oculorum cap. Septim.

Tres sunt in oculo humores Aqueus, crystallinus &
Vitreus./

Nom. Varia — Aqueus humor ὁ ὑδατώδης, λεπτός, καθαρός, ᾠο-
Situs — ειδής L. albugineus, tenuis, aqueus. Situs est
Usus — anteriore parte ut externi luminis splendorem affa-
tim irruentem quodammodo infringat: & crystalli-
num nec non uveae interiorem partem suo humore irriget
ne a perpetuo motu exsiccentur,

crystallinus

Crystallinus s. glacialis hor, gutta, grando b. χρυσταλλοειδὴς ὑγρὸν, φακοειδὴς & δισκοειδὴς di- — Noá varia
Sunt qui oculi centrum, alii oculi, speculum inte-
rius vocitant. Huius signum substan aquea est den- — Substan
sa, h. e. crystallino modo concreta in figura ac Sidi-
is & simulacra sim, colores omnes apparere, et in
colorum omnium spes citissime accipiat. Situs est — Situs
in medio oculi amplectitur, anteriore parte albugi-
neo: posteriore vero vitreo veluti innatat./

Vitreus hor b. ὑαλοειδὴς Situs est posteriore par- — Noá varia
te, in crystallinum admittendo, propterea in medio
concavus est. Cuius Sua triplex est Vsus, 1 in — Vitrei Sua triplex Vsus 1 2 3
crystallino alimentum praeparare. 2 in crystallinum
a membranarum duritie tuetur. 3 in Visibus
spiritus ad glacialis illustrandum continuat./

De Caeteris oculi partibus, neruis, venis, arterijs, Spiritibus, adipe, glandulis

Caput octauum

Oculorum nervi duo sunt optici & tolidi et mouentes. — nervi
De Sua actum est c. xbij L. 4 de Illis vero l. e.
xbj.
Venae Sunt oculi & arteriae quamplurimae. — Venae, arteriae
illae a jugularibus: haec a carotidibus.
Spiritus sunt visibiles pro nervos, vitales, pro venas, Vi- — Spiritus
tales pro arterias,
Adipe exiguus oculos oblinit ne in perpetuis — adipe
motibus aestuent & exsiccentur, 1
Caruncula s. glandula duae sunt in anteriore an- — glandulae
gulo Sita quarum Vsus est in Serum a cerebro — Situs et Vsus
defluentem

defluentes excipiunt, oculos irrigant, et ad- motum aptiores reddunt./

De Oculi externis partibus ac primum de palpebris caput Nonum.

Noīa varia — Palpebrae s. βλέφαρα, ὀμματόφυλα, καλύμματα et ἔλυτρα duo, de quorum actione c. 4. l. 3. de earum musculis c. 7. l. 5.
palpebrarum extrema, quae dormientibus nobis coeunt, Rufus χηλὰς et Ungulas vocat.

De ciliis & Canthis seu angulis oculorum caput Decimum.

Noīa varia — Cili palpebrarum cilia s. βλεφαρίδες, s. κτένια

Usus ciliorum — ταρσοὶ duo. Quorum usus est invisibiles spiritus et radios ab oculis manantes dirigant et simul cum palpebris oculos ab extrinsecus occursantibus tueantur. Superioris palpebrae pili sursum versus inflectuntur, ut si recti essent umbram oculis inducerent; inferioris palpebrae cilia deorsum incurvantur./

Anguli oculorū divisio — Oculorum anguli s. κανθοὶ duo bini sunt: alter juxta tempora minor, externus, sylvestris s. παρόπτιον: παρωπιον dicitur: alter juxta nares et magnus, internus, domesticus s. ἐγκανθὶς, ῥαντὴρ et πηγὴ dicitur.

De Superciliis caput Undecimum

Noīa varia — Supercilia s. ὀφρύες, s. τὰ πάσματα ὀμμάτιον duo, eorum pars naribus proxima ὀφρύων κεφαλὴ i. caput dicitur: pars ad tempora accedens, eorum finis,

cauda

Cauda. Spatium inter utrumque supercilium μεσό-
φρυον et μετώπιον i. intercilium et glabellum
dr. Superciliorum [illegible] est ut oculorum a [illegible]
nimis possibilem./

De Auditus organo ac primum de Aure externa quam Auriculam vocant caput Duodecimum

Aures L. οὖς, ὦτα et ὤατα, ἀκοαὶ in sublimi loco sitæ sunt quia sonum recipere debent. — *Nomina varia* — *situs*

Auris duplex est externa et interna: externa auricula dr. semicircularis est cuius pars superior πτερύγωμα i. ala s. pinna, externa quæ ambitur ab anteriori in interiorem retundus κισσοειδὴς et χυτροειδὴς gibbosus et cubiformis dr. dimidium orbis s. semicirculus sub hoc ambitu rotundus et in [illegible] [illegible] vocatur. — *divisio*

Concavum internum totum κόγχη et κογχίον conchula dr.: cavitas juxta meatum auditorium in qua sordes colliguntur κυψέλη, alvearium dr.: inferior pars pinguior et carnosa ab ala pendens λοβὸς vel lobus partes est inferiorem et superiorem; — *lobi divisio*
inferior προλόβιον superior ἀντιλόβιον dr. tota auricularum circumductio ἕλιξ vocatur./

De Aure interna, quæ verum est auditus organum caput decim. tertiũ

Auris interna et eius cavitatem describit l. [illegible] 2. c. 12. observa in 2a auris cavitate dari quædã

ductum

ductum cartilagineum qui ad palatum fertur pell-
valeulam [illegible] quod ab aure effluxit in ore in
ductus auris ad os vsus — auditus externo iamvero non fit Sique ductus Vsus
est aeris vernaculi expurgatio: tum in aedi [illegible] [illegible]
[illegible] patere per hanc viam aditus /
blandula — Sub auribus [illegible] ante conspicua sunt glan-
dulae parotides dictae [illegible] cerebri emunctoria /

De organo odoratus caput XIV.

Noa Varia — Nasus [illegible] ῥὶς, μυκτὴρ, μυξωτὴρ, ῥώθων, di-
Vsus 1 — citur multiplex est vsus. 1 in odorum spiritus ad cere-
2 — brum ferantur 2 ut aer ducatur tum ad pulmo-
3 — nes tum ad cerebrum ad spiritus aalis generandum 3 ad
4 — muccosum cerebri [illegible] expurgandum 4 ad [illegible]
5 — vocis formatum 5 ad ornatum.
De nasi fractibus aliis Lege c. 6. l. 3. et c. 14. l. 5.
Vena, arteria nervi — Venae [illegible] Nasus a jugularibus: arteriae, a
carotidibus: Nervos a 3a conjugatione
membrana duplex — Exterior membrana nasi cutis est adipe destituta;
interior crassa est tum ut patula sint perspiratio na-
[illegible]: tum ut lubrica sint in muccosa illuvie [illegible]
Nasi [illegible] ob rotunditatem σφαῖριον dicitur, glo-
bulus, orbiculus: [illegible] vero qui in naribus
nascuntur vibrissae vocantur /

Nasi interni descriptio caput XV.

Nasi interni duae sunt partes os ethmoides de quo
processus mammillares quid — Lege c. 15. l. 2. et processus mammillares q.
nervi sunt mollissimi a cerebro prodeuntes, mem-
branis dura [illegible] tenui ut reliqui nervi non velati
Vsus — qui quia spiritu pleni sunt [illegible] vaporosi facile odorum
species recipiunt [illegible] praecipua odoratus ora
organa /

Liber Undecimus

De cæteris faciei partibus externis, Genis, Labijs, mento caput xvi[um]

Gena duplex superiora & inferiora, ἄνω καὶ κάτω γένυς | genæ divisio
illius pars superior μῆλον dr̃ malum Hipp. χόνδρος | malum quid
προσώπου. pili qui 1° faciem vestiunt ἴουλοι: inferior | pili faciei
mala pars γνάθος bucca dr̃. Locus sub naribus | bucca
ad labium pertingens μύσταξ, et ὑπόρρινον: labij su-
perioris cavitas aut sulculus φίλτρον: in eo
pauli pili 1° prorumpunt adeo προγένειον sive
prolabium vocant, dum augeri sunt pili μύστακες
Labia s. labra G. χείλεα duo sunt superius & | Labia
inferius ἀνώχειλον et κατώχειλον: eorum | prolabia qd
prominentiores partes prolabia dic. προχειλίδιον,
προβολὴ χείλεος. rubentes eorum partes προσώπου
τιμαί aut ῥαγάδες. foramen medium στόμα, os: | os
inferioris labij pars in acutum desinens mentu[m] | mentum
dr̃ G. γένειον, γένυς, πώγων: menti fovea υπο- | menti fovea
γη, τόπος dr̃, acutior menti pars ὀξυγένυς: pars
menti carnosior ἀνθερεών: in mento barba apparet
quæ cum incipit χνοῦς lanugo dr̃, cum adolescit
πώγων: pili vero barbæ γενειάδες dic./

De ore & partibus in eo contentis

caput decimum septimu[m]

Os G. στόμα καὶ λογεῖον Hom. μάσαξ dr̃ eius du- | nõa varia
plex est usus primarius & secundarius: primarius | Usus primus duplex
duplex: alter ut alita in ventriculum ingerantur; | 1
alter ut spiratus in pulmones admittatur ad vocem | 2
edendam, tum ad nutritionem, spirandum et expurgandum

vitalia

Edauina — Vitalis spina. Edauina vsus est vt vomitu ventriculi, et spiritum thoracis ac pulmonum expr[essum] extrudita foras propellantur/

Gingiuarum vsus, diuisio — Gingiua h. οὖλα dicu[ntur] quarum vsus est ut dentibus in alueolis firmandis. earum pars exterior ἔξουλον vel interior vero ἔνδουλον: commissio χαλινὸς i. frenum. dentium Historiam lege c. xx. l. 2.

palati variae appellationes — Palatum pars est superior oris. L. testudo et palum oris dicitur. h. vero οὐρανὸς, οὐρανίσκος, ὑπερῷον.

Vuula quid, nomina varia — Vuula caruncula est fungosa à palato juxta narium meatus in os propendens. Haec dum sana est γαργαρεὼν i. gurgulio et πλῆκτρον dicitur: dum male affecta est si superna sede tenuior sit infima crassior, instar vuae pendentis σταφυλὴ i. vua [vel] vuula dicitur: si vero tota teres sit κίων i. columella vel. cuius vsus

vuulae vsus — est vt aeris frigidioris inspirati impetum frangat ne in pulmones tam subito irruat./

fauces — Fauces h. φάρυγξ totam eam capacitatem denotat, quae hiante ore percipitur dicitur et ἰσθμός

Glandulae faucium, earum vsus — Glandulae duae juxta fauces collocatae παρίσθμια h. tonsillae dicuntur quae fauces, os et linguam saliua irrigant perpetuo./

De Lingua caput decimum octauum

linguae diuisio et appellationes — Lingua h. γλῶσσα h. γλῶττα dicitur quae basis latior est et ὑπογλωσσὶς dicitur, finis acutior προγλωσσὶς: superior pars ἐπιγλωσσὶς: excauatae utrinque χηραμοὶ et παράσειρα

compositio — Carne constat sibi propria molli, raua, laxa dignoscendis saporibus max[im]e idonea./

membrana — Membranam et sibi a palato eorum eamque tenuissimam

neruorum

Nervorum tria sunt paria. duo sexta & quarta conjugat. priora duo per tunicam expanduntur & gustui inserviunt: Tertium in linguae musculos ad motum & loquutionem divaricatur — *nervi linguae* — *nervorum usus*

Lineam est in medio sui διχοῦν vocat Hipp. i. medianam

Venae duae sunt sub lingua ranulae vocant a jugularibus prodeuntes totidem arteriae a carotidibus — *venae & arteriae* — *earum ortus*

Medio inferiori linguae corpori ligamentum validissimum subjicitur, cujus auxilio suffulta lingua mollities, facilius vibrari ac produci potest.

